Mulier quō poſſit ſtare ī domo mariti p̄defuncti,vide ī lib.2.Rub.57.§.in vlt.& q̄n nō vult manere ī eadē domo,debet hr̄e ſex ꝓ cētenario đ ſua dote relicta, ibid.vt ſup.§.vlt.fol.49.

N

Neceſſarij,ſeu Latrinȩ conſtrui nō debent iuxta Eccleſias,aut vias publicas,& ſi q̄ ſunt cōſtructi remoueri debent. lib.1.Rub.27.fol.16.
Notarij de falsò condemnati quȩ ſit pœna. lib.3.Rub.53.fol.68.
Notarius curiæ tenetur condemnationum copiam tradere executori condemnationum Sextulæ. lib.3.Rub.86. fol.74.
Notarij exigentes ꝓ ſuis ſcripturis vltra mercedem in ſtatuto prȩfixam tenetur ad duplum. lib.4.Rub.34.in principio fol.84.
Notariorū mercedes, vide in verbo Mercedes.
Not.curiȩ nō debet ipſe, vel eius familia negotiari cū hominib' Pōtariȩ. lib.1.Rub.4.fol.2.
Notarius curiæ tenet̄ prȩſtare iuramentum fidelitatis,& quodnā ſit eius Officium,& à q̄b' abſtinere ſe debeat, & q̄ mercedem exigere poſſit ꝓ qualibet ſcriptura. lib.1.Rub.8.f.4.
Notari' curiæ tenet̄ dare Apocas, ſiue receputā cuilibet petenti. lib.1.Rub.9.§. vltimo fol.4.
Notarius curiæ in ſuo diſceſſu debet facere inuentarium omnium ſcripturarum, & vna cū ſcripturis illud relinquere in capſa in Arce Sextulæ. lib.1.Rub.10. fol.7.
Notarius curiȩ citra quātū tēpus poſſit exigere mercedes ſcripturarū ſuarū, poſt finitū officiū.lib.1.Rub.10.§.ſtatuendo tñ;& alia circa materiam Notariorum curiȩ,vide ibid.fol.7.
Notarij tenent̄ dare Inſtrumenta per eos confecta parti petenti, & poſſunt etiam ipſi cogere illos, ad quos ſpectant ad exigendū, & ſoluendum mercedem.lib.2.Rub.69.fol.52.
Notarij defuncti Inſtrumēta per alium Notariū authenticari poſſunt. lib.2.Rub.71.fol.52.
Notariorū ſcriptis,qui nō ſunt oriundi in Pōtaria Sextulȩ,& approbati in Cōſilio generali, cū auctoritate Dñi Iudicis, & officiū ꝑ quindecim annos in Poteſtaria nō exercuerint, fides non eſt adhibenda. lib.2.Rub.75.fol.52.
Not.filius alterius Not.authenticare pōt ſcripta prȩdefuncti Patris. lib.2.Rub.73.fol.53.
Notarius errans in ſcriptura, quomodo ipſam corrigere valeat. lib.2.Rub.74. fol.53.
Notarij poſſunt alijs Notarijs tradere ſua Inſtrumenta ad redigendum in publicam formam. lib.2.Rub.70. fol.52.
Nominati per malefactores inquiri poſſunt.lib.3.Rub.10.fol.59.
Nuncij tenent̄ ad iurandum de bona, & fideli ſeruitute,anteq̄; in negotijs ſe ingerant,& de illorum electione, officio, & mercede. vide in lib.1.Rub.13. fol.10.

O

Officialis Poteſtariȩ Sextulæ debet eſſe II.Doct. & oriundus à loco diſtanti a Sextula ſaltem triginta millia paſſuū: nec nō, & anteq̄; incipat Officium exercere Iuramentū prȩſtare tenet̄, & multa alia, ad quæ dictus Dñs Officialis tenetur. vide lib.1.Rub.1.fol.1.
Officialis Poteſtariæ non poteſt recedere a dicta Poteſtaria, niſi ex conſenſu Sereniſſimi Principis, & ex cauſa. lib.1.Rub.3.fol.1.
Officialis Poteſtariæ nō debet negotiari ī dicta Poteſtaria, neq; ipſius filij,aut Notari' curiȩ. lib.1.Rub.4.fol.2.
Officialis Poteſtariȩ non poteſt cognoſcere de cauſis illorum, qui ſunt de patria ipſius,vergentibus cum hominibus Poteſtariæ, niſi ex conſenſu partium. lib.1.Rub.17. fol.14.
Offendi timens cogere poteſt inimicū ad cautionem prȩſtandam. lib.3.Rub.75.fol.72.
Optionem habet creditor agendi contra fideiuſſorem,vel cōtra principalem,cū principalis non ſit de Poteſtaria.lib.3.Rub.75.fol.72.
Oratores,ſiue Nuncij Poteſtariæ, qui aliquādo mittūtur Sereniſſimo Principi, vel aliò,quid agere debeant, & qua mercede illis ſatisfiat. lib.1.Rub.15.fol.13.
Ordinamenta, vel ordines ſingularum Communitatum obſeruare, & obſeruari facere debet Iudex.lib.1.Rub.18.§.vltimo fol.14.

Panem,

P

Panem, & vinum vendentes ad minutum quid ſeruare debeant. lib. 1. Rub. 36. fol. 19.
Pacem habens ab inimico quartam condemnationis partem lucrať. lib. 3. Rub. 85. fol. 74.
Paterfamilias tenet pro tota familia ad damnũ per eam datum. lib. 4. Rub. 10. fol. 81.
Paſſus quomodo intelligatur iuſtus. lib. 1. Rub. vltima in fine. fol. 20.
Pœna: de materia pœnarum. vide in lib. 3. incipiendo pagina. 62. Rub. 18. & ſeriatim ſequendo prout inferius notatur, & primo De.
Pœna turbatę poſſesſionis. lib. 3. Rub. 18. fol. 62.
Pœna ſpoliantis aliquem de re aliqua. ibidem vt ſupra. Rub. 19.
Pœna percutiẽtis aliquẽ cũ armis, vel ſine, & cũ effuſione sãguinis, vel ſine. ibid. Rub. 21. f. 63.
Pœna Homicidarum, vel Homicidis fauẽtium. ibid. Rub. 22.
Pœna Aſſasſinorum, & quis dicatur Aſſasſinus. ibid. Rub. 23.
Pœna Paricidarum. ibidem. Rub. 24.
Pœna ſtuprantis mulierẽ honeſtã. ibid. Rub. 25.
Pœna adulterium committentis cum muliere honeſta per vim, aut ſine vi. ibid. Rub. 26.
Pœna Mulieris cõmittentis ſtuprum, vel Adulterium. ibidem. Rub. 27.
Pœna rapiẽtis Mulierem honeſtã. ibid. Rub. 28.
pœna peccãtium cum Maſculis, aut Brutis. ibid. Rub. 30. fol. 65.
Pœna committentis Inceſtum. ibidem. Rub. 31.
Pœna non cõſignatium fures, aut latrones captos. ibidem. Rub. 32.
Pœna impedientiũ ne Malefactores conſignentur curiæ. ibidem. Rub. 33.
Pœna impedientium aliquos capi, vel extrahentium captos de manu Iudicis, aut Satellitum. ibidem. Rub. 34.
Pœna committentium rapinam, vel robariam. ibidem. Rub. 35. fol. 66.
Pœna furum. ibidem. Rub. 36.
Pœna furantium Parentibus, vel alijs conſaguineis, vel cohabitantibus. ibidem. Rub. 37.
Pœna illorũ, q̃ venena propinant ibid. Rub. 38.
Pœna Maleficorum. ibidem. Rub. 39.
Pœna receptantiũ fures, aut furta. ibid. Rub. 40.
Pœna facientis furtum extra Poteſtariam. ibid. Rub. 41. fol. 67.
Pœna receptantium Bannitos, rebelles, aut cõdemnatos. ibidem. Rub. 42.
Pœna cõmittentium delicta extra Poteſtariam. ibid. Rub. 47.
Pœna excudentium falſas monetas, vel expendentiũ eas, aut tõdentiũ bonas. ibid. Rub. 44.
Pœna facientis, aut fieri committentis falſas ſcripturas. ibid. Rub. 45.
Pœna ꝑducentis ſcripturam falsã. ibid. Rub. 46.
Pœna Nuncij facientis falſam relationẽ, aut alterius facientis officium Nuncij, cum non ſit Nuncius. ibidem. Rub. 47.
Pœna dicentis falſum teſtimonium in cauſa criminali. ibidem. Rub. 48. fol. 68.
Pœna illius, q̃ falſum dixerit in Iuditio in cauſa ciuili. ibidem. Rub. 49.
Pœna iurantis falſum in Iudicio. ibid. Rub. 50.
Pœna mutantis ſibi nomen, aut cognomen. ibidem. Rub. 51.
Pœna Notarij falſum ſcribentis. ibid. Rub. 52.
Pœna illius, q̃ cõdẽnat' ſit đ falſo. ibid. Rub. 53.
Pœna committentis falſum. ibid. Rub. 54.
Pœna Incendiarij. ibid. Rub. 55.
Pœna faciẽtis damnũ, vel guaſtũ. ibid. Rub. 56.
Pœna vulnerantis, occidentis, uel per canem morderi facientis beſtiam. ibid. Rub. 57.
Pœna iniuriãtis Iudicem, uel eius capitaneum. ibidem. Rub. 58.
Pœna tentantis corrumpere Iudicem, uel pœna Iudicis corrupti. ibid. Rub. 59.
Pœna minorum annis. 14. ibid. Rub. 60. fol. 70.
Pœnæ delinquentium in quibus caſibus duplicantur. ibid. Rub. 62.
Pœna rumpentis pacem. ibid. Rub. 64.
Pœna facientium uindictam. ibidem. Rub. 65.
Pœna Nuncij facentis pignus, uel ſequeſtrum abſq; licentia. ibid. Rub. 66. fol. 71.
Pœna ludentium ad ludum Azari, & receptatorum ludentes. ibid. Rub. 67.
Pœna dicẽtis verba iniurioſa, vel dicẽtis carmẽ aut cantilenam contra aliquẽ. ibid. Rub. 68.
Pœna frangentium carceres. ibid. Rub. 69.
Pœna ꝓiciẽtis lapidẽ fraudulẽter. ibid. Rub. 70.
Pœna decapilantis aliquem. ibid. Rub. 71. f. 72.
Pœna accipientis Birretũ de capite alicuius, aut lacerantis pannos. ibid. Rub. 72.
Pœna vendentis rem vnã duobus. ibid. Rub. 73.
Pœna ammouentis terminũ. ibid. Rub. 75. f. 73.
Pœna nominantis partem. ibid. Rub. 77.
Pœna petentis debitum ſolutum, vel ante tempus. ibid. Rub. 78.
Pœna prohibentis tenutam, vel pignus Nuncio. ibid. Rub. 79.
Pœna tenentis priuatũ carcerem. ibid. Rub. 80.
Pœna Datiarij exigẽtis vltra debitũ. ibid. R. 81.
Pœna portantium arma prohibita, & qui in eã incidant. ibid. Rub. 87. fol. 74.
Pœna uendentium beſtias ſibi locatas ab alijs. ibid. Rub. 88. fol. 75.
Pœna Iudicis relinquẽtis Reum in tortura. ibid. Rub. 94. fol. 76.
Pœna Iudicis, capitanei, vel alterius de illorum familia verberantis aliquem. ibid. Rub. 95.
Pœna faſcinãtium, ſeu affaturãtiũ. ibid. Rub. 96.

Pœna

Pœna occidentium, vel capientium columbos domeſticos. ibid. Rub. 97.
Pœna coloni extrahentis de campo, vel Area rẽ domini, abſq; ipſius licentia. ibid. Rub. 98.
Pœna percutientis aliquem alapa, vel pugno. ibid. Rub. 99.
Pœna deſponſantis mulierem aliquam inuitis parentibus. lib. 3. Rub. 29. fol. 65.
In hac tñ materia matrimoniali vide ne te ingeras, quoniam ad Iudices eccesiaſticos ſpectat, vt hr̃ in ſacro tridentino Cõcilio seſſione 24. canone 12. ſed neq; etiã de Iure canonico ſupđict. pœna imponi debet, qm̃ matrimonia debent eſſe libera, vt in ead. ſeſſ. cap. 9.
Pœna non obſeruantis promisſionem factam de dando, aut accipiendo aliquam in vxorẽ. lib. 3. Rub. 100. fol. 77.
Pœna litigantium nomine alterius abſq; mandato. ibid. Rub. 101.
Pœna ſepelientium vulneratum abſq; licentia Iudicis. ibid. Rub. 102.
Pœna Iudicis non obſeruantis priuilegia, ſeu Indulta hõiũ Põtariæ Sextulæ. ibid. Rub. vlt.
Modò incipiunt pœnę de damnis datis, quas habebis in lib. 4. incipiendo à Rub. 25. & deinceps proſequendo. fol. 83.
Pœna dantis damnum in bonis aliorum perſonaliter. ibid. Rub. 25.
Pœna dantis damnũ cum beſtijs. ibid. Rub. 26.
Pœna euntis cum beſtijs per bona alterius. ibidem. Rub. 27.
Pœna deuaſtantis, aut aſportantis ſepes. ibid. Rub. 28. fol. 84.
Pœna tenentis canem abſque vncino tempore vuarum. ibid. Rub. 31.
Pœnę damnorum datorum duplicanť quandocũq; damna fiunt de nocte. ibid. Rub. 29.
Pœnæ cui applicentur, cum non inueniatur expreſſum. ibid. vt ſup.
Pœna peierãtis q̃ fit. vide lib. 2. Rub. 21. fol. 30.
Pignus àccipi non debet ſuper bobus, neq; ſup inſtrumẽtis ad agriculturã ſpectãtibus, neq; ſuper libris, quotieſcunq; aliud ꝙ pignorari posſit exiſtat. lib. 2. Rub. 15. in fine. fol. 28.
Pignus quomodo recuperetur. ibid. Rub. 16.
Pignus ſuppignorari, nec ſequeſtrari poteſt. lib. 2. Rub. 16. fol. 29.
Pignorari poſſunt forenſes damnum dantes in Poteſtaria, & quomodo. lib. 4. Rub. 23. fol. 84.
Pignus vẽdi nõ põt, niſi dato termino ſaltẽ triũ dierũ ad exigendũ illud. lib. 2. Rub. 66. f. 51.
Pontes, & vię reſtaurari debent: & Pons de Valſaxo eſt à Poteſtaria reficiendus. lib. 2. Rub. 24. fol. 33.
Poſitiones quõ ordinãdę, & qui teneanť illis reſpondere, & qñ habeanť ꝓ cõfesſis, vide lib. 2. Rub. 22. in principio, Quæ verò admittanť, & quę non. vide ibid. §. Declarantes. Intereſſe aũt reſponſionibus eorũ q̃s posſit. ibid. §. Addentes. & an ꝑ Procuratorẽ reſponderi posſit ibid. §. Prouidentes. De pęna quoq; negantiũ veras poſitiones. vide ibid. §. vltimo fol. 30.
Pręſidentes Põtarię quõ, & qñ eligendi, & eorũ qđnã ſit offm̃, & q̃to tp̃e durẽt: aliaq; ꝑ multa circa hãc materiam. vide lib. 1. Rub. 11. f. 8.
Pręparatoria Iudiciorum quomodo fienda. lib. 2. Rub. 20. fol. 29.
Pretium rei venditę ſtatim exburſari debet. lib. 2. Rub. 80. fol. 54.
Pręſcriptio quindecim annorum in multis attendiť, & in multis non. lib. 2. Rub. 43. fol. 44.
Probari quomodo posſit damnum datum. lib. 4. Rub. 69. fol. 81.
Procurator nõ põt eſſe aliq̃s de familia Iudicis, Capitanei, vel Not. curię. lib. 1. Rub. 39. f. 19.
Priuatæ ſcripturæ quomodo cognoſcendæ, & circa eas iudicandum. lib. 2. Rub. 23. fol. 31.
Prodigo, vel disſipatori eſt bonis interdicendum. lib. 2. Rub. 45. fol. 45.
Probat: lib. 2. Q Rub XXIV. fol. 32.

Q

Quartarius frumenti, Vini, & caſtanearum quõ intelligatur eſſe iuſtus. lib. 1. Rub. 40. fol. 20.
Quęrellatus, vide in verbo Accuſatus.
Qui vadit cum Nuncio ad Officium Iudicis, quauis pignus eidem prohibuerit, nõ incurrit aliquam pœnam. lib. 3. Rub. 79. fol. 73.

R

Relatio facta Sereniſs. Principi ab Officiali Sextulæ, qua mercede pręmiari opus ſit. lib. 1. Rub. 6. §. vltimo fol. 2.
Relationi Nunciorum ſtandum eſt. lib. 1. Rub. 13. §. ſtatuentes fol. 10.
Reſtaurari, & ędificari debent pontes, & viæ. lib. 1. Rub. 24. fol. 15.
Reſtitutio ſpoliatorum fieri debet. lib. 3. Rub. 19. fol. 62.
Ruinarum cauſa differentię ortę quomodo ſint componendæ. lib. 1. Rub. 32. in fine. fol. 17.

S

Salarium pro viatico Officialis quale eſſe debeat. lib. 1. Rub. 6. fol. 2.
Salaria, vide in verbo mercedes.
Satiſdatio pręſtanda eſt à non ſubiectis. lib. 2. Rub. 6. fol. 23.
Sacramentum calumniæ quomodo, & quando pręſtandum ſit. lib. 2. Rub. 17. fol. 28.
Satiſdare volens in cauſis pecuniarijs non detineatur in carcere. lib. 3. Rub. 12. fol. 61.
Saltuarij bene conditionis, & famę eligi debẽt ĩ ſingulo ſemeſtri, & quõ. lib. 4. Rub. 4. fol. 78.
Saltuarij, poſt electionẽ, teneňt in termino octo dierum iurare de recta adminiſtratione, &

quod

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

# Index


quod ſit eorũ munus. lib. 4. Rub. 45. fol. 79.
Saltuarij, eorum Officio durãte, ſunt immunes ab omni onere perſonali, & arma portare poſſunt. lib. 4. Rub. 13. fol. 81.
Saltuarij, eorũ Officio durante, aliquod exercitium facere non debent. lib. 4. Rub. 16. fol. 82.
Saltuarij non tenentur cuſtodire terras eccleſiarum, & illorum, qui non ſubeunt onera præſentium ſtatutorum; niſi fuerint cum eis concordes. lib. 4. Rub. 21. fol. 82.
Sententiæ, in cauſis damnorũ datorũ, nullo remedio infringi poſſunt. lib. 4. Rub. 22. fol. 82.
Sequeſtrum concedi debet vnicuiq; petenti, & ſup quibus rebus, quõ, & qñ, & qbus modis reuocetur, aut liquidet̃. lib. 2. Rub. 34. fol. 40.
Sententiæ executio, vide executio.
Scripturę priuatæ quomodo cognoſcantur, & iudicetur de illis. lib. 2. Rub. 22. fol. 30.
Scarius eligi debet in Conſilio generali, & de eius Officio. lib. 1. Rub. 13. fol. 10.
Syndicatus Officialis Sextulæ fieri debet, eiuſq; familię, quomodo, & ſup quibus, eiuſq; forma, & alia multa de Syndicatu. vide in lib. 1. Rub. 7. fol. 3.
Singulare concipit plurale. lib. 4. Rub. 23. fol. 82.
Soluiſſe pecuniam poteris probare per teſtes. lib. 2. Rub. 44. fol. 44.
Socius pro ſocio tenetur. lib. 2. Rub. 53. fol. 49.
Soluens indebitè poteſt repetere duplum. lib. 2. Rub. 23. §. quod ſi reus fol. 31.
Sportulę quando accipi debeant, & quãdo non, & à quibus, eorunq; taxationem. vide lib. 1. Rub. 6. fol. 2.
Stare ad Bancum ſaltem per ſpatium vnius horę tenetur Officialis diebus iuridicis: lib. 1. Rub. 5. fol. 2.
Stateræ quomodo debeant iuſtari. lib. 1. Rub. ultima. §. ſtatera. fol. 20.
Statutum Ciuitatis Ferrariæ obſeruari debet, vbi aliquid deſideratur in pręſentibus ſtatutis. lib. 1. Rub. 5. fol. 2.
Statutum Ferrariæ primò, & eo deficiente, lex communis attendi debet, ubi euenerit caſus punibilis, de quo in pręſentibus ſtatutis non ſit cautum. lib. 3. Rub. 16. fol. 61.
Statutum qñ debeat intelligi ſolũmodo in quãtum cantet. lib. 2. Rub. 25. §. penult. fol. 32.
Suſpecti, & fugitiui quõ, & ad quorum inſtantiam carcerari poſſint. lib. 2. Rub. 4. fol. 22.
Succesſiones ab inteſtato quo ordine ſint diſpoſitæ, & de fœminis indotatis, multaq; alia circa materiam ſuccesſionum. uide lib. 2. Rub. 14. fol. 48.

T

Taxatio mercedis Nũciorũ. lib. 1. Rub. 13. f.
Terminus quomodo detur parti, uel deneg
lib. 2. Rub. 11. fol. 25.
Terminus pręfixus includit monitionem p
tium. lib. 2. Rub. 13. fol.
Terminus decem dierum ad ſoluendum q
modo intelligatur. lib. 2. Rub. 18. fol.
Tenuta nulla datur, niſi citato poſſeſſore. li
Rub. 27. fol. 33.
Tenuta quõ recuperetur. lib. 2. Rub. 16. fol.
Tenuta ſup bonis debitorum quõ det̃ credi
ribus, & quo ordine, & ẽt qñ bona habita
tenutã ſubaſtari poſſint, pariterq́; alia m
circa hãc materiã. vide in lib. 2. Rub. 28. f
Teſtes, qui manent extra Poteſtariã quomo
& citra quantum tempus ſint examina
lib. 2. Rub. 11. §. vltimo fol. 25.
Teſtes cogi poſſunt ad examinandum, &
poſſunt petere expẽſas factas, & operas a
ſas. lib. 2. Rub. 25. fol.
Teſtis quõ, & ſup quibus ſit examinandus, &
debeat adeſſe Iudex. lib. 2. Rub. 77. fol.
Teſtis examinandus ſup crimine requirit p
tiã Iudicis. lib. 3. Rub. 9. §. diſponentes fo
Torturatus per ſatellites quam mercedem
dare debeat. lib. 1. Rub. 13. fol.
Tortura danda eſt cũ moderamine. lib. 3. R
9. §. ſi verò negauerit. fol. 59.

V

Vendens beſtias ſibi locatas ab alijs quam p
nam incurrat. lib. 3. Rub. 88. fol. 7
Verberare qñ liceat mulierẽ, filios, famulos, &
alias pſonas huiuſmodi. lib. 3. Rub. 92. f. 7
Venefice, uide in uerbo pœna faſcinantium.
Viduarum, & Pupillorum cauſas tutari de
Officialis. lib. 1. Rub. 5. fol.
Vię publicæ debent eſſe latitudinis ſaltem b
chiorũ quattuor. lib. 1. Rub. 24. §. pen. fol.
Vulneratum denunciari, & uulnera ſcribi op
eſt antequam uulneratus ſepeliatur. lib. 3
Rub. 102. fol. 77.
Vulnerans aliquem tenetur ad reficiendum i
penſas uulnerati. lib. 3. Rub. 73. fol. 7
Vxor quando lucretur quartam partem uſu
fructus bonorum mariti defuncti. lib. 2. Rub
60. fol. 23.


Prudens lector animaduerte, quod ſupranotatus Index non tangit niſi ſolum Statutum; ea enim, quæ poſtea fuerunt addita, non erant compſita cum excerperetur: ſed neq; etiam multum egent Indice, & aliud quam ſtatutum concernunt.

FINIS.

Наукова бібліотека ОНУ імені І. І. Мечникова

VOLVMEN

# STATVTORVM

## VNIVERSAE IVRISDIT. SEXTVLAE, SEV' PROVINCIAE FRIGNANI, FOELICITER INCIPIT.

## LIBER PRIMVS.

¶ *De iuramento Iuſdicentis.* *Rubrica I.*

PRIMO', & ante omnia ſtatuimus, & ordinamus, quòd
Officialis electus, & deputatus ab Illuſtriſ. & Excellen-
tiſ. Principe D. Dño Hercule Eſtenſi II. DEI gratia
Ferrariæ, Mutinæ, & Regij Duce quarto, Carnuti pri-
mo, Marchione Eſtenſi, Rodigij, Giſortiſq; Comite,
Carpi, Montis arguti, & Prouinciæ Frignani, ac Grafi-
gnanæ Dño, D. noſtro colendiſſimo; ad reddédum ius
in Poteſtaria, ſeù Communitate Sextulæ, & eius Iuriſdictionis in Frignano,
quoquo nomine nuncupetur, qui ſit, & eſſe debeat legum Doct. & de loco di-
ſtanti à terra Sextulæ, ſaltèm per triginta milliaria, poſt pręſentationem lite-
rarum patentium officij ſui, quæ ſtatìm regiſtrari debeant per Scribam infra-
ſcriptum in Campiono dictæ Poteſtariæ, factam Maſſario Generali, Pręſiden-
tibus de Conſilio, ac eorum Scribæ, anteq̃ incipiat ius dicere, & eius officium
exercere, teneatur, & debeat iuramentum prȩſtare in manibus dicti Scribæ, in
prȩſentia dictorum Maſſarij, & Prȩſidentium, forma infraſcripta: Et ſi non
iurauerit, non poſſit officium ſuum exercere, & ei ſalarium non debeatur; &
quicquid per eum geſtum, & factum fuerit, ſit ipſo iure nullum, & vlterius
incurrat pœná librarum centum March. pro qualibet vice, qua ſe imiſcuerit
in officio, applicandarum ipſo iure Ducali Cameræ pro dimidia, & pro alia di-
midia prȩfatæ Communitati. Forma iuramenti talis ſit;

Ego talis deputatus ad dicendum ius in Poteſtaria, & Iuriſdictione Sextulæ,
& eius pertinentiarum, Iuro ad ſancta DEI Euangelia, corporaliter tactis ſcri-
pturis, q; ero fidelis prȩdicto Illuſtriſ. Duci, & eius ſucceſſoribus, in omnibus
quoquo modo ſpectantibus, & pertinentibus ad conſeruationem, & augu-
mentum Status, Gloriæ, & exaltationis prȩfati D. Ducis, & eius ſucceſſorum,
& pro poſſe defendam, & manutenebo, iura, bona, & homines dictæ Poteſta-
riæ, & ſeù Communitatis Sextulæ, & fideliter exercebo Officium, & Regimen

 mihi

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

mihi commiſſum in dicta Poteſtaria per prędictum D. Ducem, durante dicto meo officio, & Regimine: fideliterq́; obſeruabo, & obſeruari faciam, ac adminiſtrabo, & adminiſtrari faciam indifferenter, & ſine aliqua acceptatione perſonarum, ac ſemotis prece, precio, amore, timore, odio, & omni alia humana gratia, iuſtitiam cuilibet perſonæ ſecundum formam prȩſentium, & infraſcriptorum Statutorum, ac aliorum in futurum edendorum; Et vbi prȩfata Statuta non diſponerent, ſecundum formam iuris communis, & Statutorum Ciuitatis Ferrariæ. Et ꝙ Viduas, Pupillos, Orphanos, & alias miſerabiles perſonas ab omni oppſſione protegam, & defendam, & ipſis fauorabiliter iuſtitiam adminiſtrabo, alteram partem non lędendo; iuraq́; Pontium, & Stratarum, Hoſpitalium, & piorum locorum in dicta Pōtaria manutenebo; & ꝙ ſingulis diebus iuridicis ad Tribunal iuris in Caſella Sextulæ prędictæ, hora conſueta, pro iure reddendo, ſedebo, & ſtabo ſaltèm ꝑ vnam horam, niſi iuſta de cauſa fuero impeditus; & ꝙ non negotiabor, aut mercabor, aut vllum aliquem contractum celebrabo, vel nomine meo celebrari faciam cum aliqua perſona de Iuriſdictione prędicta; & ſi ſecus per me factum fuerit, contractus ſit ipſo iure nullus. Et ꝙ nullum munus, aut xenium, etiam eſculentum, vel poculentum accipiam, quod ſit vltrà valorem ſoldorum viginti, & nullas ſportulas ꝓ quibuſcunq; cauſis percipiam, aut extorquebo, niſi ꝓ cauſis forenſium nobis ab Illuſtriſs. Principe nr̃o deputatis, commiſſis, & delegatis; Sed ero contentus ſalario meo tm̃; & ꝙ non recedam ab offō meo, ſine licentia p̃fati Ill. D. Ducis, niſi recederē ꝓ aliqua re ipſius Pōtariæ, & ꝓ meo officio, & iuriſdictione exercenda, relicto tũc in officio idoneo ſubſtituto; & ꝙ ad Syndicatum ꝑfectum, finito meo Regimine, ſtabo cũ tota mea familia, iuxta formam Statuti ſup eo infra editi; niſi quatenꝰ ꝑ Illuſtriſs. D. nr̃um Ducem aliter fuerit terminatum.

¶ *De officio, ſeu arbitrio, vel poteſtate Officialis iuſdicentis in Pōtaria Sextulæ. Rub. II.*

STatuimus quoq́;, & ordinamus, ꝙ Iuſdicens, quoquo nomine nuncupetur, hẽat tempore ſui officij merum, & mixtum imperium, & omnimodam pōtatem animaduertẽdi in facinoroſos homines, & ordinariam, ac extraordinariam iuriſdictionem in Ciuilibus, & Criminalibus in Poteſtaria prędicta, & eius pertinentijs, & inter omnes perſonas ipſius Poteſtariæ, & omnia alia faciendi, & adimplendi, quæ ex forma prȩſentium Statutorum, & de iure conceduntur.

¶ *Quòd Iuſdicens non poſſit recedere de Poteſtaria Sextulæ. Rub. III.*

ITem nolumus, ꝙ ipſe Officialis iuſdicens in dicta Poteſtaria poſſit, vel valeat diſcedere, vel ſe abſentare à dicta Poteſtaria, & eius iuriſdictione, niſi ex conſenſu, vel commiſſione Illuſtriſs. Principis noſtri, & niſi pro aliqua cauſa

dictæ



dictæ Poteſtariæ, & occaſione Vniuerſitatis, vel pro exercendo ſuo Officio, & Iuriſdictione, relicto tunc in Officio per eum idoneo Subſtituto; ꝙ ſi ſecus fecerit, incurrat pœnam lib. vigintiquinq; March. toties, quoties contrafecerit, appl. pro dimidia Ducali Cam. & pro alia dimidia prędictæ Communitati.

¶ *Quæ ſint interdicta Iuſdicenti, Notario eius Curiæ, & eorum familijs. Rub. IIII.*

VT Iuſdicẽs, & Notarius eius Curiæ, pariterq́; eorum familia ſuis officijs, & exercitijs melius, & intentius vacent; Statuimus, & ordinamꝰ, ꝙ dicti Officiales, pariterq́; eorum familia nõ poſſint, nec valeant, nec ipſis liceat, & tàm coniunctim, q̃ diuiſim, negotiari, aut mercari, aut alium contractum, vel quaſi contractum celebrare ꝑ ſe, vel alium, & ſeù alios, cum aliquo, vel aliqua perſona de iuriſdictione Poteſtariæ Sextulæ: & ſi ſecus factum fuerit, contractus ipſe ſit ipſo iure nullus, ac ſimulatus eſſe prȩſumatur: & quilibet eorum contrafaciens prȩſenti diſpoſitioni, pro qualibet vice incurrat pœnã lib. vigintiquinq; March. appl. pro dimidia Ducali Cameræ, & pro alia dimidia dictæ Communitati. Poſſint tamen, & quilibet eorum valeat emere neceſſaria pro victu ſuo, & cuiuſlibet eorum familiæ, à dictis iuriſdictionarijs.

¶ Nec poſſit, vel valeat ipſe Iuſdicẽs donum, vel munꝰ aliquod, aut xenium, etiam eſculentum, vel poculẽtum accipere, quod ſit maioris valoris ſoldorum viginti ab aliquo, ſed debeat ſtare contentus ſalario ſuo tantùm; & ſi ſecus fecerit, incurrat ipſo iure pœnam dupli eius, quod acceperit, pro dimidia applicañ. dictæ Cameræ, & pro alia dimidia prędictæ Communitati; & nihilominus teneatur ad reſtitutionem muneris danti.

¶ *Quòd Iuſdicens ſedere debeat pro iure reddendo in Caſella iuris. Rub. V.*

STatuimus, & ordinamus, ꝙ Iuſdicens ſingulis diebus iuridicis ſedere debeat ad Tribunal Iuris in Caſella Sextulæ hora veſperarum pro iure reddendo, ſaltem per vnam horam, niſi iuſta cauſa fuerit impeditus, ſub pœna lib. quinque toties quoties contrafecerit, appl. dictæ Communitati. Ius quoq; reddere teneatur, & debeat indifferenter, & ſine aliqua acceptatione perſonarum, ac ſemotis amore, timore, prece, precio, ira, odio, & omni alia humana gratia cuilibet petenti, ſecundum formam pñtium, & infraſcriptorum Statutorum, ac aliorum, quæ in futurum fient; & vbi prędicta Statuta deficerent, & ſeu non diſponerent, ſecundum formam Statutorum Ciuitatis Ferrariæ: Necnon Viduis, Pupillis, Orphanis, & alijs miſerabilibus perſonis fauorabiliter iuſtitiam adminiſtrare, abſq; tamen lȩſione alterius partis.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

### ¶ *De Sportulis Iuſdicentis, & eius mercede pro viaticis.* Rub. VI.

DIgnum arbitramur modum rebus imponere,& labores non dimittere irremuneratos;Ideo ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ in cauſis,qb⁹ Iuſdicens, vel alius Iudex aſſumptus, vel delegatus Sportulas hẽre poſſit, percipiat, & percipere poſſit pro eius ſalario, ſiue ſportulis, ſoldum vnum ꝓ qualibet libra, & ad rationem cuiuſlibet libræ,vſq; ad libras centum incluſiuè, in cauſis Ciuilibus : Ab inde vero ſupra,quantacunq; fuerit quantitas, denarios ſex pro qualibet libra, remanente firmo ſalario dicti primi Centenarij; videlicet libras quinque March. & non vltra.

In Cauſis vero Criminalibus capitalibus, habeat, & percipere poſſit ſcutos quinq; auri:At vbi veniat pœna corporis afflictiua,& non capitalis imponenda,habeat,& habere debeat ducatos duos auri cum dimidio. Si vero pecuniaria veniret imponenda, habeat, & habere debeat illud,qđ ſupra taxatum fuit in cauſis Ciuilibus.

Adijcientes,ꝙ prȩfati,quibus debentur dictæ ſportulæ taxatæ,vt ſupra, ita demum eas habeant ab inſtante ſententiam ferri,ſi diffinitiuam in dicta cauſa protulerit ſententiam;Si vero inſtantia ſui defectu perierit,nihil debeatur pro eius ſalario. Si autem per ipſos non ſtaret quominus ſententia proferatur; puta quoniam partes tranſegerunt,vel communi cõſenſu à lite diſcedunt, vel defectu ipſarum partium, vel alterius earum perempta eſſet inſtantia; Si quidem lis ſit conteſtata,vel habita pro conteſtata,& nondum tamen cȩperint de ea cognoſcere, habeant duntaxat quartam ipſius ſalarij. Et ſi publicato proceſſu, vel habito pro publicato, de meritis cauſæ cȩperit cognoſcere, habeat ſolum dimidiam totius dicti ſalarij. Declarantes, ꝙ omnes cauſæ duntaxat omnium, & ſingulorum forenſium ab vtraq; parte, tàm in Ciuilibus, q̃ in Criminalibus delegatæ, & commiſſæ per prȩdictum Illuſtriſs. D. Ducem, ſint, & eſſe intelligantur tantummodo cauſæ,pro quibus ſportulæ debentur.

In alijs vero cauſis cuiuſcunq; generis ſint, vel maneriei,& inter quaſcunq; perſonas,nullæ ſportulæ debeantur. Ordinamus quoq;, ꝙ ſi contigerit ad inſtantiam alicuius partis Iudicem accedere ſuper loco alicuius differentiæ,hẽat, & hẽre debeat ipſe Iuſdicens ab inſtãte, ꝓ mercede eius viatici in terra,& Burgo Sextulæ, ſoldos triginta: vltra vero Terram,& Burgum prȩdictum,habeat ſcutum vnum; & ſimiliter hẽat ſcutum vnum quolibet die ꝓ viatico in dicta Prouincia. Et ſi pernoctare contigerit dicta de cauſa,vltra dictũ ſalarium,hẽat, & habere debeat expenſas victus pro ſe,& eius Notario,& quatuor famulis. Et ſi aliquid acceperit vltra,& contra prȩdictum diſpoſitum,illud reſtituat danti.

Item ꝓ qualibet declaratione ꝑ eum facta ſuꝑ qualibet taxa, ſoldos quinq.

Declarantes etiam,ꝙ pro qualibet relatione ꝑ eum facta Illuſtriſs. Principi,

ad inſtan-



ad inſtantiam alicuius in cauſa criminali vbi tractatur de morte,habeat vnum ſcutum. Vbi vero tractatur de pœna corporis afflictiua citra tamen mortem, dimidium vnius ſcuti. Si vero tractetur de pœna pecuniaria,& pariter de qualibet alia relatione,qualibet alia de cauſa facta,ſoldos trigintaquinque. Et pro qualibet authoritate interpoſita, ſoldos decem.

### ¶ *De Syndicatu, & modo syndicandi Iuſdicentem.* Rub. VII.

CVm iuſtum,& ȩqum ſit, ꝙ quilibet,qui adminiſtrationem maxime publicam geſſerit,& ius dixerit reddat rationem de geſtis, neglectis, & ommiſſis.

Volenteſquè indemnitatibus,& extorſionibus,ac oppreſſionibus hominum,& incolarum Poteſtariæ Sextulæ, etiam forẽſium ſalubri remedio prouidere,& obuiare:hac prȩſenti edictali nr̃a lege ſtatuimus, & ordinam⁹, ꝙ Officialis Ius reddens in prȩdicta Põtaria,& eius Iuriſdictione, finito eius officio,& anteq̃ ex dicta Põtaria recedat,omnimodè cum tota eius familia syndicetur ſecundum formam infraſcriptam,niſi aliter ꝑ Illuſtriſs. N.Ducem fuerit terminatum, ꝑ Syndicatorem ab Illuſtriſs. Principe nr̃o,finito eius officio, electum,& q̃ citiùs fieri poſſit,cũ Succeſſore ipſius Iuſdicentis,vel ante,ad terram Sextulæ ꝑ prȩdictum Illuſtriſs.Principem deſtinatum,& miſſum. Cuius Syndicatoris offm̃ ſit, vt cumprimùm ad terram Sextulæ applicuerit, vel ſaltem ſequẽti die teneatur, & debeat formare inquiſitionem gñeralem cõtra ipſum syndicandum,& quemlibet de eius familia, de omnibus delictis, & de oĩbus alijs contra formam nr̃orum Statutorum, & iuris Cõis commiſſis, ommiſſis, & neglectis,& de omnibus alijs in tali generali inquiſitione apponi conſuetis.

Et ſubinde cogere,& arctare ipſum syndicatui ſubiectum,& quemlibet de eius familia comprehenſum in ipſa inquiſitione, ad reſpondendum, & ꝙ reſpondeat dictæ inquiſitioni ea die, qua formata fuerit dicta inquiſitio, cum eorum iuramẽto: & facta dicta reſponſione,teneatur ipſe syndicatui ſubiect⁹ ad ſatiſdandum pro ſe,& ſua familia, cum fideiuſſoribus idoneis penes acta, ſi dictas fideiuſſiones habuerit in ipſa Prouincia,aliàs teneatur eas ꝑ̃ſtare in quacunq; parte ſubiecta Dñio Illuſtriſs.D.N.Ducis,& coram Officiale dicti loci,de ſtãdo iuri,& de parẽdo mandatis ipſius Syndicatoris,ac de ſoluendo oẽm condemnationem,quæ de ipſo,vel aliquo de eius familia ꝑ dictum Syndicatorem fieret;& caſu quo dictus Syndicandus non ſatiſdederit vt ſuprà, detineatur,& detineri debeat in Arcæ Sextulæ; ita, & taliter ꝙ non aufugiat neq; aufugere valeat donec, & vſquequo ſoluerit omnem cõdemnationem de ipſo, & đ eius familia factam,vel fuerit in totum abſolutus. Si tamen quãdocunq; tempore dicti syndicat⁹ aliquem de eius familia inquiſitum p̃ñtauerit ipſi Syndicatori ita, & taliter,ꝙ ipſum talem ꝑ̃ſentatum poſſit facere detineri in Arcæ Sextulæ



ipſe

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

ipſe Syndicandus ꝓ ipſo tali pn̄tato non teneatur. Quem pn̄tatum vt ſup. ipſe Syndicator faciat detineri in Arcæ Sextulæ, & circa ipſum faciat, prout ſupra fuit diſpoſitum de Iudice detẽto. Quibus peractis, fiat publicum proclama ad oſtium Caſellæ Iuris Sextulæ, cum aſſignatione termini quibuſcũq; volentib⁹ querelã, aut petitionem aliquam proponere cõtra dictum Syndicandum, vel aliquem de eius familia, vz. habitantibus in Poteſtaria prędicta, dierum trium continuorum, & habitantibus alibi, quinq; dierum continuorum, infra quos poſſint coram p̄dicto Syndicatore petitionem, aut querelam ſuam proponere; Quib⁹ terminis elapſis, ſingula ſuis ſingulis congruè referendo, ipſo iure, corã eo amplius non audiantur ad querelandum, & petitiones porrigẽdum. teneaturq; dicto Syndicatui ſubiectus, durãte dicto ſyndicatu, ſingulo die ſe pn̄tare cum eius familia, totiens, quotiens Syndicator ſederit pro tribunali cauſa dicti ſydicatus, coram dicto Syndicatore ad locum vbi cõtigerit ſyndicari; & per ſe, & non ꝑ procuratorem aliquem rn̄dere quibuſcunq; petitionibus, & querelis contra ipſum factis; & litem conteſtari ea die, vel ſeq̄nti: alioquin ꝓ conteſtata hẽatur, & vlterius procedatur. & dictus Syndicator infra duodecim dies continuos à die formatæ inquiſitionis, teneatur vinculo ſacramẽti, & ꝑiculo ipſi⁹, terminare querelas, & petitiones, vnã, vel plures porrectas aduerſus ipſum ſyndicatui ſubiectum, eiuſq́; familiam, vnà cum inquiſitione contra eos formata, ſententialiter condemnãdo, vel abſoluendo; niſi vna cauſa, vel plures, altiorem requirerent indaginem. Quo caſu ſententia lata poſt ipſos duodecim dies, valeat, & teneat, dummodo differri nõ poſſit vltra alios tres dies. Et ſi dictus ſyndicatui ſubiectus, vel aliquis de eius familia, ante prędictum temp⁹ duodecim dierum de terra Sextulæ receſſerit, niſi aliter viſum fuerit Illuſtriſs. D.N. Duci, & niſi receſſerit ex cõmiſſione Principis, hẽatur ꝓ confeſſo in oĩbus, & ſingulis petitionib⁹ contra eos, vel aliquem eorum factis, vel fiendis tp̃e vt ſup. pręfixo, & in oĩbus contentis in inquiſitione gn̄ali contra talem qui receſſerit; & vltra in centũ lib. March. cõdemnetur, appl. ꝓ dimidia Duc. Cam. & ꝓ alia dimidia d. Cõitati Sextulæ. & à ſn̄tijs d. Syndicatoris nõ poſſit modo aliquo appellari, vel de nullitate dici, vel alio modo q̄relari. niſi aliter viſum fuerit Ill. D.N. Duci.

Volumuſquè, & ſtatuimus, ꝙ Succeſſor dicti Syndicati, ſententiam, ſeù ſententias Sydicatoris executioni mandet, omni exceptione remota, infra vnum menſem poſt earum probationem.

Salarium verò dicti Syndicatoris ſit, & eſſe debeat de libris tribus March. ꝓ qualibet die, incepturum à die incluſiue, quo dicta de cauſa ab eius domo ipſe Syndicator diſceſſerit, dũmodo tempus nõ cõterat in itinere ad terram Sextulæ, vſq; in vltimum diem eius officij. Et dictum ſalariũ ſolui debeat in totum dicto Syndicatori per ipſum Syndicatum, ſi in Syndicatu ſuccubuerit; ſi verò abſolutus fuerit, per dictam Communitatem ſoluatur ſalarium prędictum.

Et pro minori expenſa, declaramus, ꝙ dictus Syndicator habeat, & habere

debeat



debeat ꝓ Notario in dicto Syndicatu, Notarium conducendum ꝑ ipſum Syndicatorem, cuius ſalarium ſit, & eſſe debeat ſoldorun triginta March. pro quolibet die, incipiendo, & finiendo vt ſup. dictum eſt in perſona Syndicatoris.

Adijcientes, ꝙ pręfatus Syndicator pro reddendo iure in dicto Syndicatu, ſedere debeat ad Iuris Tribunal in Caſella Sextulæ, duabus vicibus, diuerſis horis, ſingulo quoque die, durante dicto Syndicatu.

Statuentes etiam, ꝙ ſalarium dicti Syndicãdi, ꝓ duob⁹ menſib⁹ retineatur, & ſibi nõ ſoluatur, donec ſteterit ad ſyndicatum, & fuerit abſolut⁹; vel ꝓ dicto ſalario idoneum fideiuſſorem pręſtiterit. Declarantes ẽt, ꝙ ſi d. Syndicandus, & eius familia ſuccubuerit in aliquibus querelis, tunc teneatur ad expẽ. Syndicatoris, & Notarij ꝓ rata querelarum tantùm, ꝓ quib⁹ fuerit condemnatus.

## ¶ *De iuramento Notarij Curiæ, & eius officio.* Rub. *VIII.*

VOlumus pręterea, ꝙ Notarius Banci & Curiæ Sextulæ, & eius pertinentiarum, in initio eius officij, & antequàm intromittat ſe in eius Officio, iurare debeat in manib⁹ Officialis Iuſdicentis in dicta Poteſtaria, pręſentibus Pręſidentib⁹, vel maiori parte eorum, & Scriba dictorum Pręſidentium, qui de dicto iuramento rogatus ſit, ſub pœna de qua in pn̄ti Capit. iuret & iurare debeat ad ſancta DEI Euangelia, manibus tactis ſcripturis, ſcribere fideliter, & diligenter quęcunq; fieri contigerit in iudicio, coràm D. Officiali Iuſdicẽte, & quæ ibi ꝑ partes agitabũtur, & ꝙ copias eorum quæ fient in iudicio, partibus petentib⁹ tradet ſi ſua intererit, & Officialis prędictus hoc dixerit, vel ſi per Statuta nr̄a copia decernatur; & ꝙ dicta teſtium, ante ipſorum publicationem nemini pandet, nec copiam tradet; & quęcunq; acta, inſtantias, & productiones inſtrumentorum, & aliorum quorũcunq; iurium fideliter ſcribet, mercede, vt inferius ſtatuta, recepta. Scripturas quoq; ꝑ partes aſſignatas, cuſtodiet, & ſaluabit, &, finita cauſa, parti, quæ eas petierit, reſtituet, niſi per dictum Officialem aliter mandaretur: vt potè ſi quęſtio, apud quem deberet deponi ſcriptura vna, vel plures productæ, verteretur. Et ꝙ oĩa & ſingula ſpectantia, & pertinentia quoquo modo ad officium ſuum ſcribet, faciet, & exercebit, omni dolo, fraude, & culpa remotis; & ꝙ, durãte officio ſuo, non negotiabitur, aut mercabitur, nec aliquem geſtum faciet, aut celebrabit cum aliqua ꝑſona de Iuriſdictione Sextulæ; poſſit tamen ꝓ victu ſuo, & ſuæ familiæ neceſſaria emere; & ꝙ nihil vltra mercedem ſibi taxatã vt infrà in pn̄tib⁹ Statutis, nec munus vel donum etiam eſculentum, vel poculentum ab aliqua perſona recipiet. & ſi contra prędicta, vel aliquod prędictorum fecerit, vltra pœnam, & notam periurij, incurrat etiam ipſo iure in pœnam librarum viginti quinque March. pro qualibet vicè, applicandarum pro dimidia Ducali Cameræ, & pro alia dimidia Communitati.

De mercede

### ¶ *De mercede Notarij Curiæ Sextulæ.* *Rub. IX.*

PRo communi vtilitate hoı̄um, & perſonarum Pōtariæ Sextulæ, & vt oı̄bus manifeſtum ſit quod, & quantū ſolui debeat Not. Báci, & Curiæ Sextulæ ꝓ eius mercedib⁹, & laborib⁹ ſcripturarū p eun ſcriptarum, & rogatarū in eius Officio, & vigore dicti ſui Officij

¶ Et primò quòd in cauſis ciuilibus habere debeat vt infrà. vz.

¶ Pro citatione verbali, eiuſq; relatione ſcripta per Notarium. den. quatuor.

¶ Item pro qualibet citatione in ſcriptis facienda, vna cum inſtantia, cōmiſſione, & regiſtratione, & eius relatione. ſold. 1. den. 6

¶ Item pro quolibet pręcepto oretenus facto per Iuſdicentem, vnà cum inſtantia ſcribenda per Notarium in totum dicta de cauſa ſol. 1. den. 6

¶ Item pro pręcepto verbali per nuncium de mandato Iuſdicentis, vnà cum relatione dicti pręcepti, & commiſſione, in ſcriptis redacto. ſold. 1

¶ Item pro quolibet pręcepto in ſcriptis emanato, vnà cum inſtantia, commiſſione, regiſtratione, & eius relatione ſcribenda per Notarium ſold. 1.

¶ Item pro qualibet comparitione redacta in ſcriptis, tàm Actoris, quàm Rei occaſione alicuius citationis, & accuſata contumacia ſold. 1

¶ Item ꝓ qualibet bulletta, & ſeù licentia leuata, & in ſcriptis redacta de pignorando aliquem qualibet de cauſa, cum eius regiſtratione, vnà cum eius relatione ſold. 1. den. 6

¶ Item ꝓ qualibet ſatiſdatione pręſtita ı̄ iudicio de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluēdo, vel de parendo mandatis Iuſdicētis, vel de ſe pręſtādo, vel de nō diſcedendo, vel qualibet alia ſimili cauſa, pręſtita, tàm ad inſtantiam partis, q̄ ex officio Iudicis, cū ꝓmiſſione pœnali, vel non; & ꝓmiſſione conſeruationis indēnitatis in ſcrip. redactis ꝑ Not. Cur. hēat, & hēre debeat in totū ſold. 2.

¶ Item pro qualibet petitione oretenus facta, in ſcriptis redacta ſold. 1.

¶ Item pro qualibet petitione in ſcriptis producta, ſiue regiſtrata, ſiue non, cum admiſſione ſold. 2.

¶ Item pro qualibet reſponſione oretenus facta cuicunque petitioni, tàm ab Actore, quàm à Reo, & Iudice, dicta de cauſa, ſcripta ſold. 1.

¶ Item pro qualibet reſponſione in ſcriptis porrecta, & facta cuicunque petitioni, ſiue regiſtretur, ſiue non, cum admiſſione ſold. 2.

¶ Item pro ſimplici negatione oretenus cuicunque petitioni facta den. 6.

¶ Item pro quolibet termino ſcripto per Notarium Curiæ, ad reſpondendum, probandum, ſoluendum, & cuiuſcunq; maneriei ſit terminus ſold. 1.

¶ Item ſi citatus ad petitionem faciendam non comparuerit, & fuerit per citari facientem principaliter accuſata contumacia, tunc pro tali comparitione, & contumacia principaliter accuſata, & cōmiſſione Iudicis de faciendo bullettam, & pro ipſa bulletta, omnibus computatis, in totum ſold. 2.

¶ Item



¶ Item pro qualibet alia inſtantia legitima de pignorando, & pro ipſa bulletta, omnibus computatis ſold. 1.

¶ Item pro quolibet pignore facto, pręſentato, vel non, & ſcripto, vnà cum relatione nuntij ſold. 1.

¶ Item pro qualibet relatione nuntij referentis pignora vetita, vel pignorandum dixiſſe ſe nolle venire, vel aliter ſold. 1.

¶ Item pro prima inſtātia, admiſſione, & commiſſione de ſubhaſtādo aliquod pignus, vel quamcunque aliam rem iudicialiter ſubhaſtandam, & de relatione ipſius primæ ſubhaſtationis ſold. 1.

¶ De qualibet vero alia inſtantia, commiſſione, & ſubhaſtatione ſequentibus cum relatione nuntij, & cum ipſa deliberatione pignoris, vel rei ſubhaſtatæ, vel ſine deliberatione ſold. 2.

¶ Item pro quolibet ſacramento litis deciſorio pręſtando per agentem, ſiue ꝑ conuentum vnà cum inſtantia, oblatione, & delatione ſold. 1. den. 6.

¶ Item pro quolibet alio iuramento den. 6.

¶ Item pro qualibet alia productione cuiuſlibet ſcripturæ, exceptionum, capitulorum, interrogatoriorum, poſitionum, Inſtrumentorum, & ſimilium, & replicationum, vnà cum inſtantia, & admiſſione ſold. 1.

¶ Item pro producta vnius teſtis, vel plurium, ſimul cum admiſſione, & delatione iuramenti, ſeu iuramento ſold. 1.

¶ Item pro qualibet reſpōſione ad vnam poſitionem, vel ad plures ſimul coniunctas, & colligatas den. 6.

¶ Item pro examine cuiuſlibet teſtis examinati ſuper petitionem, ſeu intentionem ſine capitulis diſtinctis à petitione, ſcriptis per Notarium ſine interrogatorijs, ſiue cum interrogatorijs alterius partis ſold. 2.

¶ Item pro examine cuiuſlibet teſtis examinati cum capitulis, & interrogatorijs ſcriptis per Notarium ſoldos tres, & totidem pro copia ſold. 3.

¶ Item pro qualibet litera dimiſſoria, vel citatoria, vel examinatoria ſcribenda per Notarium ſold. 2.

¶ Et ſi introcluſerit copias capitulorum, & interrogatoriorum, vltra ſold. duos, hēat mercedem dictarū copiarū ſold. 2. ſecundū taxā infra ſup copijs editā.

¶ Item pro qualibet litera teſtimoniali ſold. 2.

¶ Item ꝓ inſtātia, & publicatione teſtium, & proceſſus, ſolū ab inſtāte ſold. 2.

¶ Item ꝓ qualibet alia cōparitione, & ſeu inſtantia, ꝓteſtatione, & quibuſcūq; actis eadem hora à comparente factis, de quib⁹ ſupra non fuerit ſpecialiter prouiſum, ſcriptis per Notarium habeat, & habere debeat in totum ſold. 1.

¶ De reſpoſione vero quibuſcunq; verbis facta per alteram partem, prędictæ proximæ inſtantiæ, & actis ſold. 1.

¶ Item ꝓ qualibet alia contumacia incidēte in qualibet ꝓductione cuiuſcūq; ſcripturæ, comparitione, inſtantia, vel quolibet alio actu facto per vnam partem

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

partem contra alteram, ſeu alteri accuſata den. 6.

¶ Item ꝑ quolibet ſequeſtro oretenus facto cum iuramento, vel ſine, vna cum inſtantia, & commiſſione ſold. 1.

Si vero factum fuerit in ſcriptis, vna cum relatione nuntij ſold. 2.

¶ Item ꝑ qualibet ſententia interlocutoria, vel ꝓnuntia ante diffinitiuam lata, cuiuſcunq; quantitatis, & maneriei ſit, ſoldos duos pro originali, vz. ſold. 2.

Si vero fuerit releuata ad inſtantiam partis in authēticam formam ſold. 4.

¶ Item pro qualibet ſententia diffinitiua abſolutoria, vel condemnatoria, vz. pro originali ſold. 5.

Si vero fuerit releuata dicta ſententia diffinitiua extra proceſſum ad inſtantiam alicuius partis in publicam, & authenticam formam, tunc pro dicta ſententia ſoluatur Notario vltra mercedem originalis vt infra, vz.

¶ Primo ſi dicta ſententia diffinitiua lata fuerit ſuper aliqua re valoris, & quantitatis librarum vigintiquinque, & abinde infra ſold. 15.

¶ Et à libris vigintiquinque, vſque ad quinquaginta ſold. 20.

¶ Et à libris quinquaginta, vſque ad centum ſold. 25.

¶ Et à libris centum, vſque ad centumquinquaginta ſold. 30.

¶ Et à libris centumquinquaginta, vſque ad ducentas ſold. 35.

¶ Et à libris ducentis ſupra quantacunque ſit quantitas ſold. 40.

¶ Item ꝑ qualibet copia cuiuſlibet proceſſus, quotcūq; fuerit foliorum, cum ſententia, publicatione, & ſigno Not. & cuiuſlibet alterius ſcripturæ ſoldū vnū, reſpectu cuiuſlibet lateris, ſeu faciatę dictę copiæ, quę faciata ſit, & eſſe debeat triginta linearū, & quæ lineę ſint, & eſſe debeant decem dictionum.

¶ Item pro quolibet rogitu mandati in iudicio facti per Notarium curiæ, & ſcripti per eum

¶ Et ſi ad inſtantiam partis releuatum fuerit in authenticam formam ſold. 2.

¶ Item pro quolibet rogitu cuiuſlibet alterius inſtrumenti ad officium Notarij curiæ ſpectantis, & ſcripti per eum, habeat tantùm, quantúm haberet generaliter alius Notarius dictæ prouinciæ rogatus de ſimili contractu. ſold. 5.

¶ Si vero ad inſtātiam partis, vel partium fuerit releuatum in formam authenticam, hēat ipſe Notarius ſm̄ taxam factam per alios Not. dictæ Prouinciæ.

¶ Item pro quolibet compromiſſo, ſpectāte ad officium Not. curiæ, & ſcripto per eum, habeat mercedem iuxta taxam aliorum Not. dictæ Prouinciæ.

¶ Si vero ad inſtantiam partis, vel partium, releuatum fuerit in authenticam formam, habeat iuxta dictam taxam,

¶ Item pro qualibet ſententia arbitrali, vz. pro originali, habeat mercedem iuxta taxam aliorūm Notariorum dictæ Prouinciæ.

¶ Si vero fuerit releuata ad inſtantiam partium, vel alicuius earum in authēticam formam, tunc pro dicta ſententia ſoluatur, vltra mercedem originalis, vt continetur in taxa aliorum Notariorum dictæ Prouinciæ.

Item



¶ Item pro ſacramento prętito per quemlibet Maſſarium, Saltuarium, Aeſtimatorem, & Officialem Terrarum, cum fideiuſſione prętita, & omnibus actis eodem tempore dicta de cauſa ſcriptis, ſoldum vnum pro quolibet Saltuario, & Aeſtimatore, & pro quolibet Maſſario ſold. 2.

¶ Item pro qualibet ſecuritate, & ſeu promiſſione de nō offendendo, vel ſimili, prętita cum pœna, fideiuſſore, vel fideiuſſoribꝰ, aut ſine, & cū promiſſione conſeruationis indēnitatis, & omnibus actis eodem tempore dicta de cauſa ſcriptis, ſiue in Ciuilibus, ſiue in Criminalibus ſold. 5.

¶ Item pro quolibet proclamate nuntij ſcribendo per Notarium ſold. 1.

¶ Item ꝑ qualibet tenuta cuiuſlibet rei, data ꝑ nuntiū, & ſcripta ꝑ Not. ſold. 2.

¶ Item de quolibet inſtrumento Tutellæ, ſiue Curæ, ſiue confirmationis cuiuſlibet earum, vna cum inſtantia, & fideiuſſione ſold. 5.

¶ Si vero ad inſtantiam partis fuerit releuatum ſold. 10.

¶ Item pro quolibet inſtrumento Inuentarij, ſi contigerit Notarium accedere ad locum, ſiue ad conficiendum dictum Inuentarium infra ſex milliaria à terra Sextulæ, habeat pro originali Inuentarij, & eius viatico ſold. 25.

¶ Inde vero vltra, quocūq; locorū in Poteſtaria Sextulæ, à cōducente ſold. 35.

¶ Si vero contigerit ad inſtantiam partis releuare in authenticam formam dictum Inuentarium, habeat pro releuatione in totum ſold. 10.

¶ Itē ꝑ qualibet ſñtia dationis, ſeu adiudicationis in ſolutū, ꝑ originali ſol. 5.

Et ꝑ releuatione inſtrumēti in authenticam formā inſtante parte totidem.

¶ Item pro inſtrumento emancipationis, vz. pro originali ſold. 5.

¶ Et pro eius releuatione in publicam formam inſtante parte ſold. 10.

¶ Item pro quolibet inſtrumento immiſſionis, in poſſ. & tenutam cuiuſlibet rei, ſi data fuerit in loco diſtanti à terra Sextulæ per ſex milliaria, & infra, habeat pro originali dictæ tenutæ, & eius viatico, in totum ſold. 20.

¶ Ab inde vero vltra, quantęcunq; diſtantiæ ſit locus in iuriſdictione Sextulæ ſoldos trigintaquinque à conducente.

¶ Si vero contigerit ad inſtantiam partis releuare in authenticam formam dictum inſtrumentum, habeat pro dicta releuatione ſold. 10.

¶ Item pro quolibet depoſito, quantęcunque ſit quantitatis ſold. 2.

¶ Item ꝑ reſtitutione depoſiti, nō habito reſpectu ad q̃titatem depoſiti ſol. 2.

¶ Item qñ contigerit Notarium ire ad aliquem locum in Pōtaria Sextulæ pro accipiendo, vel deſcribēdo vulnera alicuius occiſi, vel vulnerati, hēat, & hēre debeat à delinq̄nte, vel in eius bonis mercedem, & non ab alijs perſonis, tàm ipſius deſcriptionis, q̃ viatici, prout ſup̄. taxatū eſt ꝑ mercede tenutæ datæ, ſingula ſingulis cōgruè referēdo; ſi bona delinq̄ntis repiantur; ſi vero nō reperiantur hēat mercedem à Cōi loci, in quo dictū delictū fuit cōmiſſum.

¶ Item quando contigerit Notarium accedere ad aliquem locum pro faciēdo, & ſcribendo deſcriptionem bonorum alicuius delinq̄ntis ex commiſſione

Iuſdicen-

iuſdicentis, hēat tàm ꝓ originali deſcriptionis bonorum, q̃ ꝓ eius viatico, In omnibus,& per oĩa, ꝓut ſup. taxatum eſt de inuentario, ſingula ſingulis aptè referendo, à delinquente, vel ex bonis deſcriptis,& non ab alia perſona, ſi aliqua bona ipſius delinquentis reperiantur, ſi verò non reperiantur, à Communi loci, in quo delictum fuit commiſſum hēat mercedem ſuam.

In cauſis verò Criminalibus habere debeat, vt infra, vz.

¶ Et primo de quolibet ꝓceſſu criminali continēte pęnam pecuniariā tm̃, cum denuntia, ſeu accuſatione, vel q̃rela, ſatiſdatione,& cōdemnatione ſcripta ꝑ Not. in totū, à quolibet condēnato ꝑ cōtumaciā, vel ꝑ confeſſionē ſold. 10.

¶ A quolibet vero condemnato vigore Teſtium, vel aliter ſold. 15.

¶ De quolibet proceſſu criminali continente pęnam corporis afflictiuam vſq; ad mortem excluſiuè, vel ēt pecuniariam ſimul cum denuntia, ſeu accuſatione, vel querela, ſatiſdatione, & condemnatione ſcripta per Notarium à quolibet condemnato per contumaciam, vel per confeſſionem ſold. 13.

¶ A quolibet vero condemnato vigore teſtium, vel aliter ſold. 15.

¶ Item de quolibet proceſſu criminali cōtinente pœnam mortis cū cōfiſcatione bonorum, vel qualibet alia pecuniaria pœna, vel ſine, cum denuntia, vel querela, ſeu accuſatione, ſatiſdatione, & condēnatione ſcripta ꝑ Notarium à quolibet condemnato per contumaciam, vel confeſſionem ſold. 30.

¶ A quolibet vero condemnato vigore teſtium, vel aliter ſold. 35.

¶ A quolibet vero abſoluto, vel abſoluendo in qualibet cauſa criminali pro prędictis ſcripturis, vel ſi inſtantia cauſæ ſit perempta, habeat mercedem iuxta taxam ſupraſcriptam.

¶ Item pro cancellatione cuiuſlibet condemnationis pecuniariæ, vſque ad libras viginti à quolibet condemnato ſold. 2.

¶ Ab inde vero ſupra, vſque ad libras quinquaginta ſold. 3.

¶ Ab inde vero ſupra quantęcunquę ſit quantitatis ſold. 5.

¶ Item pro cancellatione cuiuſlibet condemnationis corporis afflictiuæ, vſque ad mortem excluſiuè, à quolibet cancellato ſold. 10.

¶ De cancellatione vero condemnationis continentis pœnā mortis, ſiue etiam ipſa condēnatio contineat confiſcationem bonorum, vel aliam pœnam pecuniariam, vel non; à quolibet cancellato ſold. 20.

¶ Declarantes ꝙ ipſe Notarius in huiuſmodi cancellationibus teneatur, & debeat ſcribere in libro condemnationū, & in margine ipſius condenationis, diem, menſem, & annum ipſius cancellationis, & eius cauſam, & quantum ſoluit condemnatus, & cui ſoluit ſold.

¶ Item pro regiſtratione cuiuſlibet literę Illuſtriſs. Domini noſtri, vnà cum ſupplicatione regiſtrata in Campiono ſold. 2.

¶ Pro ſimplici vero litera Ducali, ſiue cuiuſlibet alterius perſonæ ſold. 2.

¶ Pro decretis, priuilegijs, capitulis, vel alijs, ſcripturis cuiuſlibet maneriei ſint, regiſtratis



regiſtratis in Campiono per Notarium habere debeat pro qualibet faciata Campioni continentis quadraginta lineas dictionum duodecim pro qualibet linea ſold. 3.

¶ Item pro qualibet accuſa damnorum datorum inſtituta per Saltuarium, vel quamlibet aliam perſonam ſingularem, ſcripta per Notarium cum eius accuſæ cancellatione, à culpabili habere debeat ſold. 2.

¶ Item pro qualibet cācellatione cuiuslibet condemnationis, cum condemnatione,& citationibus cuiuſlibet ex prędictis accuſis damnorum datorum, à culpabili habere debeat ſold. 2.

¶ De alijs vero ſcripturis omnibꝰ,& ſingulis,& proceſſibꝰ, occaſione dictarum accuſarum, & condemnationis prędictæ, factis in cōtumacia accuſati, nihil habeat Notarius.

¶ Si vero contigerit, ꝙ proceſſus, & ſcripturæ fiant pro defenſione accuſæ, tūc pro dictis ſcripturis omnibus, & ſingulis, & proceſſu ſcriptis habeat ipſe Notarius ſecundum taxā ſupraſcriptam factam ſuper ſcripturis,& proceſſibus in cauſis ciuilibus.

Statuimus quoque, ad euitandas altercationes, ꝙ Notarius teneatur, & obligatus ſit facere, dare, tradere, vel offerrę apocas, ſeu receputas in ſcriptis quibuſcūq; perſonis ipſi Notario pecunias occaſione mercedis Banci, vel qualibet alia de cauſa ſoluentibus,& dictam receputam penes ſe habere volentibus. Et ſi recuſauerit prędictam receputam facere, nō poſſint debitores ad ſoluendū aſtringi. Et de hoc oĩbus, & ſingulis per Iuſdicētem reddatur ius fauorabiliter, ſub pœna ipſi Iuſdicenti toties quoties ſurda aure pertranſierit,& negauerit, ius adminiſtrare, lib. vigintiquinque March. appl. pro dimidia Duc. Cam.& pro alia dimidia pręfatæ Poteſtariæ.

¶ *Quod Notarij Curiæ Sextulæ finito eorum officio deponere debeant omnes, & ſingulas ſcripturas Banci penes Maſſarium generalem dictæ Poteſtariæ, & de alijs ſpectantibus ad ipſum. Rub. X.*

STatuimus, & ordinamus, ꝙ Notarius Poteſtariæ Sextulæ tàm pręſens, q̃ qui pro tempore fuerit, pro Communi, & publica vtilitate Communis,& hoĩum Frignani,& Ca. Duc. teneatur, & debeat, finito eius officio, deponere & relaxare Commiſſario gn̄ali dictæ Poteſtariæ oēs, & ſingulas ſcripturas Banci, & officij ipſius Iuſdicentis, tàm actorum Ciuilium, q̃ Criminaliū, & damnorū datorū; & omnes libros actorum Ciuilium,& Criminalium, ac etiam filzas,& vachettas, & omnia, & ſingula alia acta ſpectantia ad Bancum, & officium dicti Iuſdicentis,& ſimiliter omnia,& quęcūq; inſtrumenta ad officium dicti Notarij ſpectantia, per ipſum ſcripta.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Ac omnes,& quoſcunque libros,& ſcripturas condemnationum factarum in criminalibus, & damnis datis.

De qua pñtatione,Notariꝰ q̃ ꝑ tempore erit dicti Comiſſarij, teneatur facere vnũ inuentariũ publicum de dictis ſcripturis, & illas ponere in vna capſa in Rocha Sextulæ,cuiꝰ capſæ, Comiſſariꝰ ipſe hẽat vnã clauẽ,& aliã Maſſarius dictæ Prouinciæ,qui pro tempore erit,ita ꝙ dictæ ſcripturæ ad perpetuã rei memoriã conſeruentur,& p eos,quorũ intererit,videri,& copia hẽri poſſit: Ne in futurum fieri poſſit,prout,& ſicut aliquando euenit,ꝙ Notarij,finito eorũ officio in ꝑiudicium tàm Duc. Cam. q̃ particulariũ perſonarum, ipſas ſcripturas & prędicta vt ſupra,exportent,vel occultent: ſub pœna lib. centũ March.Duc. Cam. pro dimidia appl. & pro alia dimidia Communitati Poteſtariæ Sextulæ, & auferendarum de facto ab ipſo Notario contrafaciente.

Et prędictꝰ D.Iuſdicens teneatur, & debeat in obſeruantiam pręſentis Statuti prouidere, ꝙ ſtatim finito officio dicti Notarij, prędictæ omnes ſcripturæ, & prędicta omnia,vt ſupra deponantur modo quo ſupra dictũ eſt,ſub pena lib. centum March. pro dimidia appl. Duc.Cam. & pro alia dimidia Communitati prędictę & auferen.ipſi D.Iuſdicẽti in prędictis,& quolibet prędictorum negligenti,& contrafacienti, vel preſens Statutum non obſeruanti.

¶ Statuendo tamen volumus,quòd Notarius finito eius officio debeat exegiſſe oẽs & ſingulas,& quaſcũq; mercedes eius ſcripturarũ quarũcunq;, tempore eius officij ad ipſum ſpectantes de iure, & vigore eius officij, infra duos menſes continuos immediatè ſequentes, à die eius finiti officij.

¶ Quibus elapſis, dictus Notarius vlterius non audiatur, nec poſſit nec valeat impetrare aliquod reſcriptum, vel aliquam aliam habilitationem contra prędicta, & ſi impetrauerit, vti non poſſit, nec valeat, niſi fuerit iuſta cauſa impeditus de exigendo eius mercedẽ, infra dictum tempus,de cuius impedimento ſtetur deciſioni D.Comiſſarij,aliter ꝓ non impetratis reputentur.

¶ Declarantes tamen, ꝙ in executionibꝰ ſuis, nõ poſſit inchoare in executione facienda,grauare debitores ſuos perſonaliter,vel realiter,ſed teneatur facere prius citari quos putauerit ſuos eſſe debitores, ad docẽdum de iuribus ſuis ne grauentur.

¶ Adijcientes inſuper,ꝙ in primo menſe menſium dictorum duorũ,ipſe Not. teneatur,& debeat,ac obligatꝰ ſit,ſtãre,morari,& habitare in terra Sextulæ, ſeu eius Arce, & de ſe copiam facere oĩbus, & ſingulis quibuſcũq; perſonis volentibus facere computum,& rationem,& reuidere,& ſeu facere reuideri computum, & rationem de omnibus exactis, & exigendis expenſarum Banci, vel aliarum ſcripturarum; ſub pœna lib. quinquaginta March. pro dimidia Duc. Cam. appl. & pro alia dimidia Communitati: ſi dictus Notarius prędictis contrafecerit modo aliquo. Et teneatur Iuſdicens ſub pœna prędicta ius petenti, ſuper pręmiſſis, adminiſtrare.

De ele-



*¶ De electione Preſidentium Poteſtariæ Sextulæ, ad conſeruationem iurium dictæ Poteſtariæ. Et eorum Scribæ, Maſſarij generalis, Scarij, & Nuntiorum, & de eorum Nuntijs & iuramento. Rub. XI.*

QVoniam difficile immò, quaſi impoſſibile eſt, ꝙ omnes, & ſingulæ perſonæ alicuius Territorij, & Vniuerſitatis in vnũ conueniant pro tractandis eorum negotijs, & cum vt plurimum imperiti ſint. Ideo pro communi vtilitate hominum dictæ Poteſtariæ, & ad meliorem conſeruationẽ Status,& honoris Illuſtriſs.D.Ducis nr̃i,ad hãc pñtem legem deſcendimus;qua ſtatuimus,&ordinamus,ꝙ in Conſilio generali dictæ Poteſtariæ more ſolito faciendo in Cal. mẽſis Iulij proxmè ſequentis anni pręſentis. 1536. eligantur pro prima electione duodecim homines de dicta Poteſtaria idonei ad Regimen ipſius. vz.

Duo ex communi Fanani.
Vnus ex communi Sextulę.
Vnus ex communi Riuinonati.
Vnus ex communi Flumalbi.
Vnus ex cõi Mõtis, & vnitorum.
Vnus ex vno horum communi. vz.
Mozeni, vel
Monzoni, vel Valij.
Vnus ex vno horum communium. vz.
Quariæ, vel
Valdalberi, vel
Montiſcreti.
Vnus quoq; ex vno horũ cõium. vz.
Turricellæ, vel
Lauachij, vel
Monturſij, vel
Vexali.
Vnus etiã ex vno horum cõium. vz.
Rochettæ, vel
Trentini, vel
Caſtellarij, vel
Trignani.
Vnus quoq; ex vno horum cõium. vz.
Ronchoſcaleæ, vel
Rochæ Pelagi, vel
Sancti Andreæ, vel
Plebis Pelagi.
Vnus demũ ex altero horũ cõium. vz.
Brocchi, vel
Groppi.

Declarãtes,vt res æqua lance,vt melius fieri poterit, procedat,quod in ſupradictis cõmunibus alternatiuè coniunctis ꝑ vno Columnello eligẽdo in futurum ad ſupradictũ Regimen, non poſſit eligi de communi anteceſſoris ſui dicti columnelli;ſed de alio communi ipſius columnelli. Et ſic procedatur d̃ anno in annum,donec compleatur, vel fuerit completa electio dictorum hominum dicti Columnelli, & ad quodlibet dictorum communium perueniat electio. Qua finita, & perfecta iterum procedat electio vt ſupra. Quæ electiones tranſmittantur Illuſtriſs. D. N. Duci confirmandæ vel infirmandæ per eum.

¶ Qui duodecim vt ſupra electi, & cõfirmati appellentur, & nominentur Pręſidentes Cõmunitatis,& Poteſtariæ. Quorum officiũ duraturũ tantùm per annum,ſit,& nõ poſſit pro ſequẽti anno cõfirmari, habere omnimodã

 poteſtatem,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

poteſtatem, arbitrium, & facultatem, durante eorum officio, tractandi, prouidendi, diſponendi, & deliberandi ſuper omnia, & quęcunque negotia, ac importantias, & collectas, ius dictæ Poteſtariæ, prout, & ſicut hēt, & facere poteſt tota Communitas, & Vniuerſitas dictæ Poteſtariæ. & quicquid factum, geſtum, concluſum, & deliberatum fuerit per prędictos vel ſaltem ꝑ tres partes ex prędictis, ſit firmum, & ratum, ac valeat, & teneat perinde ac ſi omnes feciſſent, concluſiſſent, & deliberaſſent, & tota Communitas, & Poteſtaria feciſſet, & deliberaſſet.

Declarantes quod caſu, quo in deliberationibus, & concluſionibus per eos faciendis, eſſent diſcordes, res dirimatur, & terminetur per ſuffragia. Saluo tamen, & reſeruato, ꝙ ardua, arbitrio eorum, nō poſſint ꝑ ſe terminare: ſed cū eis adhibeantur ad determinationē prędicti anteceſſores in eorū officio.

Et nō poſſint obligare dictam Communitatem, nec diſtribuere, nec erogare, nec alienare, de hauere, & bonis prędictæ Poteſtariæ vltra quantitatem ſeu æſtimationem lib. viginti. ſine conſenſu, & interuētu ſuorum Prędeceſſorum cum ipſis. Ex quibus quidem duodecim Pręſidentibus vt ſupra electis, ſtatim in dicto Conſilio generali, volumus declarari, & eligi tres, qui dicantur, & appellentur Conſeruatores, & Syndici dictæ Communitatis, & Poteſtariæ, & eius iurium. Quorum officium vltra prędictum duraturum etiam per annum tantùm, ſit & eſſe debeat manutenendi, conſeruandi, & defendēdi dictam vniuerſitatem, & eius iura, & bona, ac miſerabiles perſonas. Quibus ex nunc prout ex tunc, & in perpetuum per pręſentem noſtrā legem concedimus, & attribuimus pōtatem, bailiam, & arbitrium defendendi dictam Poteſtariam, & miſerabiles perſonas, & tàm in agendo, q̃ in defendendo, & vt ipſis videbitur opportunum.

Pręterea, volumus quoq;, ꝙ in dicto Cōſilio generali eligatur Notarius vnus ex Notarijs dictæ Poteſtariæ idoneus, & fidelis, qui ſit, & eſſe debeat Scriba, ſeu Notarius prędictorum Pręſidentium, qui ſcribere. & notare debeat collectas omnes, & quęcunq; alia per prędictos Pręſidentes tractata, concluſa, & deliberata in eorum Conſilio, ſuper libro ipſius Communitatis, & eius officium duret tantùm per annum.

Item quod eligatur vnus exactor, arbitrio Pręſidentium, condemnationum ſpectantium ad Communitatem Poteſtarię prędictæ, cuius officium duret tantùm per annum, & non vltra.

Et quoniam ordinamus prędictam primā electionem de p̄dictis Pręſidentibus, & eorum Scriba, per Conſilium generale vt ſupra, fieri. Volumus modo quod aliæ electiones in futurum de p̄dictis Pręſidentibus & eorum Scriba, Conſeruatoribus, & Syndicis, fiant, & fieri debeant per Pręſidentes pręteritos, ſucceſſiuè modo, & forma ſupradictis, in fine officij ſui, & anteq̃ deponant officium ſuum, pręmiſſo tamen eorum iuramento, de electione fidelitèr,



deliter, & ſine frande facienda.

Declarātes, ꝙ facta quandocunq; electione de prędictis vt ſupra ipſi, & quilibet ipſorū teneatur, antequàm ſe intromittat in officio ſuo, iurare in manibus. D. Iuſdicentis, pręſentibus eorum prędeceſſoribus, de officio ſuo ſine fraude exercēdo. De quo iuramtēo rogatus ſit & eſſe debeat Scriba pręteritus, & ſcribatur ſuper libro dictæ Poteſtariæ. Quibus pręſidentibus, vz. cuilibet eorum, taxamus ꝓ ſalario ſuo ſoldos quadraginta, vz. cuilibet eorum q̨ ſint Pręſidentes tantùm reſpectu duorū Cōſiliorum ordinariorum.

Si vero contigerit pro gubernio ipſius Prouinciæ, facere alia Conſilia, & conuenire in vnum, in terra Sextulæ: quilibet eorum habeat, & habere debeat ꝓ quolibet Conſilio extraordinario ſold. decem, ſi non fuerit neceſſe ibi pernoctare, quo caſu, vltra dictos ſoldos decem, habeat pro quolibet die, quo dicta de cauſa ſteterit, ſoldos decem.

Cuilibet vero eorum qui ſint Pręſidentes, Conſeruatores, & Syndici, libras tres March. & vltra, vt ſupra dictum eſt in Pręſidentibus tantùm, in ſuis caſibus: Dicto vero Scribę pro quolibet Conſilio generali ordinario pro mercede ſua lib. tres March. & pro quolibet alio Conſilio, ſoldos viginti March. & ſi acciderit alias per ipſum fieri literas, vel ſcripturas nomine dictæ Communitatis, ſiue prędictorum Pręſidentium, dictus Notarius nil vltra habere debeat, ſed ſit contētus ſalario ſupradicto ſibi taxato, quæ ſalaria imponi debeant in collecta generali dictæ Poteſtariæ.

## ¶ *De electione Maſſarij generalis, Scarij, & Nuntiorum Communitatis, & de eorum officio, & iuramento. Rub. XII.*

ITem declaramus & volum⁹ ꝙ in Conſilio generali, de quo ſupra in pręcedēti capit. fiat etiam electio Maſſarij generalis, Scarij, & duorum Nūtiorum Cōmunitatis, & Poteſtariæ prędictæ, quæ electio fiat, & fieri debeat ſecundum retroactam conſuetudinem, per breuia, quæ nunc reperiuntur imbuſſolata; & officium dictorum electorum duret tantùm per ſex menſes: Quibus finitis, dicta electio ſpectet ad Pręſidentes de quibus ſupra in proximo pręcedenti Cap. Poſſint tamen, vice, & loco Conſilij generalis, qui Præſidentes fuerint, electionem dicti Maſſarij, Scarij, & Nuntiorū ſucceſſiuè in futurum facere ſingulo ſemeſtri, vz. in Kl. Ian. & in Kl. Iulij. cuiuſlibet anni per breuia, vt ſup̄. in Buſſula reperta: & his finitis, per alia breuia ſimilia, & renouata iuxta dictum morem, & conſuetudinem retroactam: Et teneatur quodlibet cōe, ſeu quilibet Maſſari⁹, cui cōtigerit Maſſarij, Scarij, vel Nūtij officium, p̄ntare infra octo dies poſt eorum electionem, vnum idoneum in quolibet dictorum officiorum, ſingula, ſingulis congruè referrendo D. Iuſdicenti in dicta Poteſtaria. Qui Iuſdicēs ipſi

 p̄ntato,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

pñtato deferat iuramẽtum de exercendo officium ſuum iuxta formam Statutorum, ſine fraude: & ipſe pñtatus fideiubeat fideliter de exercẽdo officiũ ſuum, & de ſoluendo omnem cõdemnationem; de cuius iuramẽto & fideiuſſione ſit regatus Notarius Curiæ, ſub pœna lib. trium ipſi Communi, vel Maſſario non pñtanti, & contrafacienti inferenda, & pro dimidia Duc. Ca. & pro alia dimidia prædictæ Communitati appl.

¶ Cuiꝰ Maſſarij generalis officium ſit, & eſſe debeat exigẽdi collectas, & quaſcunq; pecuniarum quãtitates in Cõſilijs, & deliberationibus p̃ſatorũ Præſidentium impoſitas, & quæcunque alia ſpectantia ad dictã Vniuerſitatem deliberata, & concluſa per prędictos Pręſidentes in dictis Conſilijs, & delibe rationibus: & rñdendi de impoſitis creditoribus dictæ Communitatis, & coadunandi Cõſilium generale, mandato D. Iuſdicentis ad inſtantiam prędictorum Pręſidentium, toties quoties ipſis videbitur: & in fine officij ſui reddat, & reddere debeat rationem adminiſtrationis ſuæ.

¶ Salarium autem dicti Maſſarij generalis ſit & eſſe debeat lib. tredecim, & vlterius ẽt lib. ſex pro taxis portandis ꝑ eum Mutinam Maſſario Duc. Mutinæ, ſi fuerit ei neceſſe eas potare, alias non imponantur in collecta generali.

¶ Scarius vero teneatur, & debeat ſingulis duobus menſibus, durante eius officio, accedere per Põtariam prędictam, & oẽs & ſingulas menſuras, & penſas exiſtentes penes Maſſarios, Hoſpites, & Molendinarios dictæ Poteſtariæ, ꝗ tenentur habere penes ſe dictas menſuras, & penſas iuſtas, & bullatas *bullo* dictæ Communitatis, videre, & experiri an ſint iuſtæ, & bullatæ dicto bullo; & ſi inuenerit aliquos, & ſeu aliquem ex prędictis non habentes, vel habentem menſuras, & ſeu penſas; vel habentes, ſeu habentem, ſed non iuſtas, & bullatas vt ſupra, teneatur, & debeat illum, vel illos denuntiare D. Iuſdicenti infra octo dies, à die inuentionis. Et credatur ipſi Scario de dicta inuentione, cum eius iuramento: Et ꝗ inuentus fuerit non hẽre menſuras, & ſeu penſas, & ſeu habere eas, ſed non iuſtas, & non bullatas, incurrat in pœnam ſoldorum decem, toties quoties, &c. applicandam Communitati, &c.

¶ Quibꝰ quidem penſis, & menſuris iuſtatis, & bullatis, volumus, & diſponimus quemlibet de dicto Cõi vti debere, ſub pœna p̃dicta appl. vt ſup̃. reſpectu cuiuſlibet, & ꝓ qualibet vice. niſi aliquis de dicto Cõi habeat proprias menſuras, & penſas iuſtatas, & bullatas à Scario, quibus vti valeat.

¶ Si autem innenerit aliquas menſuras, & penſas nouas, & cum quibus nondum fuerit menſuratum, nec ponderatum, penes aliquem, ſeu aliquos exiſtentes, & ipſi petant eas ab ipſo Scario bullari, & iuſtari, ipſe teneatur illas iuſtare, & bullare, recepta competenti mercede.

¶ Teneatur etiam dictus Scarius accedere ad Nundinas, & ad quodlibet Mercatum in Padulio, & ad videndum, & inquirendum menſuras, & penſas penes quẽcunq; ementem, vel vendentem ſuper dictis Nundinis, & Mercatis exiſtentem,



exiſtentem, an ſint bullatæ, & iuſtæ. & ſi inuenerit aliquos, vel aliquem habentes, vel habentem nõ iuſtas, & bullatas, teneatur vinculo iuramenti eos denuntiare Iuſdicenti in prędicto loco, in die qua inuenerit: & inuentus cũ menſura, & penſa falſa cõdemnetur in ſoldis viginti appl. pro tertia Scario, pro alia tertia Cam. Duc. & pro alia tertia Communitati.

¶ Habeat autem, & habere debeat ipſe Scarius pro ſalario, & mercede ſua, primo à Poteſtaria lib. tres ſibi imponendas in collecta generali.

¶ Item pro menſura, & penſa vna, vel pluribus exiſtentibus, vel exiſtente penes quemcunq; de dicta Poteſtaria, & etiam quaſcunq; alias perſonas ſuper dictis Nundinis, & Mercatis, pro bullando, & iuſtando dictas penſas, & menſuras den. ſex, à qualibet perſona.

¶ Et ſi quid vltra, pręter ſalarium receperit ab aliqua perſona, vel quid aliud fraudulenter commiſerit in eius officio, incurrat in pœnam ipſo iure libr. quinque, toties quoties &c. appl. ꝓ dimidia Duc. Cam. & pro alia dimidia Poteſtariæ. & vlterius ad reſtitutionem indebiti recepti, teneatur.

¶ Volumus tamen, quod dictus Scarius teneatur, & debeat iurare in manibus Iuſdicentis anteq̃; ſe intromittat in eius officium, de exercendo eius officio iuxta formam pñtis Capit. ſine fraude; & vlterius fideiuſſorem pręſtare de prędictis & de ſoluendo omnem condemnationem contra eum factam occaſione eius officij, &c.

¶ Nuntij vero de quibus ſupra per Communitatem electi teneantur, & debeant citare quoſcunque deputatos ad Conſilium generale, toties quoties fuerit neceſſe fieri cõſilium, durãte eorum officio: & hẽant, & habere debeant, & quilibet eorũ habeat, & habere debeat pro eiꝰ mercede & ſalario, ſoldos viginti March. à dicta Poteſtaria, ſibi imponendos in collecta.

¶ Qui Nuntij, ſi ſe immiſcuerint, non pręſtito prius per eos iuramento, & fideiuſſione, quicq̃d geſtum, & factum fuerit per eos, ſit ipſo iure nullum; & vlterius puniantur in ſoldis quadraginta applic. pro dimidia Cam. Duc. & pro alia dimidia Communitati.

¶ *De iuramento & fideiuſſione Nuntiorum electorum ex officio Iuſdicentis, & de officio, & mercede tàm dictorum Nuntiorum electorum ex officio Iuſdicentis, q̃ per Poteſtariam, & de mercede Capitanei, & peditum. Rub. XIII.*

STatuimus, & ordinamus ꝙ omnes, & quicunq; Nuntij electi, & deputati ex officio Iuſdicentis ad eius Curiam, anteq̃; ſe intromittant in eorum exercitio, ſeu officio teneantur, & debeant iurare in manibus ipſius Iuſdicentis, officium ſuum benè, fidelitèr, & diligenter gerere ſecundum formam pñtis capit. & quoruncumq; aliorum capit. de eorum officio loquentium, remotis omni dolo, odio, fraude, culpa, & negligentia,

gligentia, & quacunque alia humana gratia, & idoneam fideiuſſionem, ſeu
cautionem pſtare de ſeruandis prędictis & de ſoluenda pœna, in quã incur-
rent vigore pñtium Statutorum occaſſione officij ſui, & de reſtituendo oĩa,
& ſingula, ad quę teneãtur occaſſione officij ſui. Et ſi ſecus fecerint, incurrãt
in pœnam ſoldorum quadraginta March. pro qualibet vice ſe intromiſe-
rint non ſeruatis prędictis, appl. pro dimidia Cam. Duc. & pro alia dimidia
prędictæ Communitati. & quicqd actum fuerit per ipſos, ſit ipſo iure nul-
lum, & inualidum, & nihil ꝑ eorũ mercede poſſint cõſequi, nec habere, &c.

¶ Quib⁹ iuramento & ſatiſdatione pręſtitis, tàm ipſi Nũtij electi ex officio Iu-
dicis, q̃ electi per Poteſtariam, teneantur ex eorum officio facere omnes, &
ſingulas citationes, relationes, præcepta, pignorationes, ſequeſtra, procla-
mata, & alia oĩa ad eorum officium ſpectantia, tàm ad inſtantiam cuiuſli-
bet perſonæ, quàm ex officio D. Iuſdicentis committentis, cum mercede,
vel ſine, prout infra diſponitur.

¶ Diſponentes, quod ipſi Nuntij pro citationibus, & relationibus, proclamati-
bus, p̃ceptis, & quibuſcunque alijs per ipſos in cauſis criminalibus, & dam-
norum datorum, & in alijs cauſis publicis faciendis, nil habere debeant.

¶ Pro alijs verò citationibus ad inſtantiam cuiuſlibet perſonæ, & in alijs cauſis
extra pręmiſſas, habere debeant vt infra. vz.

¶ Pro qualibet citatione cuiuſlibet perſonæ cum relatione, ſi fuerit oretenus
facta in terra Sextulæ, vel in quacunque alia terra, & loco, in qua & quo fu-
erit inuentus ipſe Nuntius, in qua terra, & loco fieri debeat tunc citatio, ha-
beant, & habere debeat den. quatuor, à petenti dictam citationem fieri.

¶ Et ſi fuerit in ſcriptis dicta citatio den. ſex.

¶ Si autem neceſſe fuerit ipſis arripere iter pro aliquibus citationibus faciendis
aliò, habeat vltra prędictam mercedem, ſingula ſuis ſingulis congruè ſeu
aptè referendo.

¶ Pro quolibet milliari reſpectiuè, à loco, à quo arripitur iter ad locum citatio-
nis den. ſex.

¶ Et hoc, quando ad inſtantiam vnius tantùm citatur.

¶ Si vero plures citabuntur, ſeu ad inſtantiam vnius, ſeu plurium, pręfata mer-
ces itineris æqualiter diuidatur, ita & taliter quod ea, tàm reſpectu plurium,
quàm vnius, non alteretur.

¶ Et de prędictis citationibus debeant facere relationes ante horam Iuris diei,
pro qua fecerint dictas citationes: niſi de commiſſione citari facientis ceſſa-
rent à dicta relatione, quo caſu ceſſare debeant.

¶ Item pro quolibet pignore realiter facto, & Curiæ pñtato, cum eius relatio-
ne à mittente, den. ſex.

¶ De quolibet vero ſequeſtro, & ſeu relatione ſequeſtri (ſaluis tamen quæ ſu-
pra diximus de mercede itineris) den. ſex.

¶ Et



¶ Et pariter de qualibet relatione pręcepti in ſcriptis, den. ſex.

¶ Pro qualibet vero tenuta per eum data cum relatione, ſoldum vnum.

¶ Et pręfata procedant extra cauſas ſalis, collectarum, & taxarum, in quibus
quidem cauſis ſalis, collectarum, & taxarum, volumus quod, licet in eis ſine
ſcripto procedatur, & fiat earum terminatio, antequã tamen ad grauamen,
& pignorationem deueniatur contra debitores, ipſi debitores citentur ſal-
tem ſemel coram D. Iuſdicente ad oſtenden. & docendum quare non debe-
ant grauari. Qui debitores ſi comparuerint D. Iudex, auditis audiendis ſola
facti, & rei veritate inſpecta, ſine ſcriptis, & expenſa aliqua terminet.

¶ Pro quib⁹ quidem citationib⁹ in p̃dictis cauſis, dicti Nũtij hẽant vt infra. vz.

¶ Pro qualibet citatione vſque ad ſex perſonas incluſiuè den. 4.

Ab inde vero ſupra pro qualibet citatione cuiuſlibet perſonæ den. 2.
& hoc quando citati fuerint in vno, & eodem Communi.

¶ Si vero non comparuerint, liceat ipſis Maſſarijs facere illos grauari per deten
tionem, ſiue pignorationẽ, & ipſe Nuntius hẽat denarios quatuor ꝑ quo-
libet pignore dicta de cauſa facto à qualibet perſona, deponendo penes vnũ
ex Conſiliarijs dictæ terræ, & ibi relaxando per tres dies, quibus finitis, ſi
debitores non erunt in concordia cum dicto Maſſario, teneatur dictus Nũ-
tius ab inſtantiam Maſſarij dicta pignora Curię pñtare, & pro qualibet pñ-
tatione cuiuſlibet pignoris dictus Nuntius habere debeat den. ſex.

¶ Pro qualibet ſubhaſtatione cuiuſlibet pignoris den. ſex.

¶ Pro qualibet vero deliberatione dicti cuiuſlibet pignoris den. ſex.

¶ Et ſi quid vltra pręfatam taxam, dicti Nuntij receperint, vel extorſerint te-
neantur ad reſtitutionem danti, & vlterius ipſo iure incurrant pœnam lib.
quinq; pro dimidia Duc. Cam. appl. & pro alia dimidia Communitati prę-
dictæ toties, quoties per ipſos contrafactum fuerit, & vlterius, reperti culpa-
biles vltra tres vices, ab eorum officio oĩmodo, & irremiſibiliter deponãtur.

¶ Statuentes quod dictorum Nuntiorum iuratorum vt ſupra relationi creda-
tur, & plena fides adhibeatur ſine alia probatione, in his tamen, quæ ad eo-
rum officium pertinent.

¶ Diſponimus etiam, quod dicti Nuntij, ea quæ fiẽt eorum officio, vel eis mã-
dabuntur, ſine licentia mandantis non manifeſtent, ſed fidelitèr retineant,
ſub pœna prædicta vt ſupra appl.

¶ Et quæ ſupra diximus ſibi vendicent locum quãdo ſoli Nũtij faciunt execu-
tionem: ſed quando neceſſe eſt vt illis aſſocietur vnus, vel plures pedites, vel
etiam Cõteſtabilis, ſeu Capitaneus Curiæ, tunc ꝓcedatur & fiat ꝓut infra.

¶ Quia ſi acciderit alicui Nũtio fuiſſe vetitum per aliquam perſonam pignus,
vel aliquam eius executionem, tunc ei aſſocietur vnus tantùm famulus ſeu
pedes Curiæ, ad inſtantiam alicuius perſonę petentis dictam executionem,
pro perficienda ipſa executione.

¶ Qui

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Qui famulus, ſeu pedes, tantum habere debeat pro mercede ſua, quantum ipſi Nuntio vt ſupra taxatum eſt.

¶ Et ſi debitor perſeuerauerit in cõtumacia, & Nũtius cum famulo, vel pedite vno, non poterit perficere executionem, tunc & eo caſu, inſtãte dicto creditore, aſſocietur famulus ſeu pedes alius cum alio pedite, ita quod ſint tres ad prędictam executionem faciendam, & vnus quiſque dictorum peditum, & famulorum, tantum habeat, quantum ipſe Nuntius pro dicta executione, vt ſupra taxatum eſt.

¶ Quod ſi pręfati tres executionem facere nõ potuerint, tunc aſſocietur Cõteſtabilis ſeu, Capitaneus cum tot peditibus de eius familia, quot videbitur Iuſdicenti iuri conuenire pro executione tandem facienda ſecundum caſus neceſſarij exigentiam, & importantiam, qui Conteſtabilis, ſeu Capitaneus pro mercede ſua dictæ executionis, cum effectu factæ cum prædicta familia habeat, & habere debeat ſoldos viginti in totum, ſi fuerit ſola executio facta infra ſex milliaria à terra Sextulæ: ſi vero vltra, in quocunq; locorum dictæ Poteſtariæ habeat, & habere debeat in totum ſoldos triginta: & quilibet peditum ſeu famulorum Cõteſtabilis, ſeu Capitanei habeat, & habere debeat pro ſua mercede in quolibet prędictorum caſuum pro quolibet milliari, ſoldum vnum.

¶ Si vero contigerit fieri plura pignora, ſeu plures executiones in vno loco, ſeu Communi contra diuerſas perſonas, tunc vltra prędictam taxam & mercedem, habeat, & habere debeat dict⁹ Conteſtabilis, ſeu Capitaneus pro quolibet pignore, ſold. 2.

¶ Et quilibet famulorum ſeu peditum prędictorum den. ſex.

¶ Et merces itineris dicti Conteſtabilis, ſeu Capitanei, & peditum ſingula ſingulis aptè referendo, æqualiter diuidatur inter pignoratos; Et prędicta procedant in cauſis ciuilibus.

¶ In executionibus autem faciendis in cauſis criminalibus, volumus hanc formam ſeruari. vz.

Quod ſi acciderit aliquem exiſtentem in Arce Sextulæ, vel in Caſella Iuris detineri, & in carceribus deponi per Conteſtabilem, ſeu Capitaneum habeat, & habere debeat ipſe Cõteſtabilis, ſeu Capitaneus pro mercede ſua ſold. 5.

Et quilibet pedes ſeu famulus, qui interuenerit dictæ detentioni, ad quam non poſſint interuenire plures duobus, habeat, & habere debeat ſold. 1. ſi cauſa propter quam detinetur, licet ſit criminalis pœnam tamen tantùm pecuniariam contineat.

Si vero continet pœnam corporis afflictiuam, citra tamen mortem, hẽat dictus Capitaneus, ſeu Conteſtabilis ſoldos decem. & quilibet peditum, ad quam poſſint interuenire tres, & non vltra, niſi maior numerus de neceſſitate requireretur, habeat, & habere debeat ſoldum vnum, & denarios ſex.

¶ Si



¶ Si vero cauſa contineat capitalem pœnam habeat dictus Capitaneus, ſeu Conteſtabilis ſoldos quindecim.

¶ Et qlibet peditum quotquot interuenerint dictæ detẽtioni ſold. 2. & den. 6.

¶ Si vero contigerit extra Arcem, vel Caſellam, in Opido Sextulæ tantùm, aliquem pro aliquo maleficio, ſeu cauſa criminali, per Conteſtabilem, ſeu Capitaneum capi, & in carceres detrudi, habeat, & habere debeat dictus Cõteſtabilis, ſiue Capitaneus pro eius mercede, & ipſi pedites duplum prędictæ mercedis, ſingula ſingulis aptè, & congruè referendo.

¶ At ſi contigerit aliquem capi extra Opidum Sextulæ, & conduci ad carceres, & in eos detrudi in Arce Sextulæ per prędictum Cõteſtabilem, ſeu Capitaneum cum eius familia, habeat, & habere debeat, & pariter ipſi pedites habeant pro eorum mercede duplum eius, quod ipſis taxatum fuit ſupra, ꝓ captura, per eos, in Opido facta, extra tamen Arcem & Caſellam Sextulæ, ſingula ſingulis, vt ibi, congruè, & aptè referendo.

¶ Adijcientes, ꝙ quando contigerit aliquem detineri in carceribus inferioribus, ſeu qui dicuntur Communitatis, pro collectis vel pro aliquo debito ciuili, aut ſalis tantùm, tunc Conteſtabilis, ſeu Capitaneus habeat ſold. 4.

¶ Et quilibet peditum, non plurium tamen duorum, niſi arbitrio Iudicis maior numerus requireretur, habeat ſoldum vnum.

¶ Et ſi contra prędictas taxas, vel aliquam prędictarum, prędicti Capitaneus, ſiue Conteſtabilis, ſeu quilibet peditum fecerint vel extorſerint aliquid, teneantur ad reſtitutionem, & vlterius ad duplum eius, quod extorſerint: cuius dupli dimidia Duc. Cam. appl. & alia dimidia cui extorſerint, volentes ꝙ in duplo non computetur ſumptum qualibet vice.

¶ Et quoniam de mercedibus in pñti Capitulo ſermonem habuimus, adijcimus, quod retenti in carceribus ſuperioribus in Arce Sextulę exiſtentibus, pro aliquo maleficio, vltra pręfatam taxam, pro captura, & detentione ſoluere debeant, & quilibet detentus ſoluere debeat, pro quolibet die cũ nocte, ſoldum vnum, & denarios ſex pro dictis carceribus, vel cuſtodia eorum, cuſtodi carcerum, & hoc qñ ipſi detenti ſumptibus ſuis viuunt in carceribus: Sed ſi cuſtos carcerum faciet eis expenſas, quod facere poſſit in cauſis criminalibus capitalibus, & non in alijs, niſi volentibus, & petentibus ipſis carceratis, habeat, & habere debeat pro ſingula die cum nocte, in totum ſold. ſex.

¶ Detẽti vero in carcerib⁹ inferiorib⁹ extra Arcẽ, nihil ſoluãt ꝓ dicta cuſtodia.

¶ Et vt nihil intactum de mercedibus curialium Iuſdicentis relinquatur, declaramus, quod quando contigerit aliquem poni ad torturam, & torqueri per militem deputatum per ipſum Iuſdicentem ad torturam dandam, habere debeat ipſe miles pro prima ligatura, & tortura ſimul illata alicui perſonæ, pro eius mercede, ſoldos viginti.

¶ Pro ſecunda vero ligatura, & tortura in eandem perſonam ſoldos duodecim.

¶ Pro

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Pro tertia vero ligatura,& tortura ſoldos octo.
¶ Pro alijs vero ligaturis & torturis nihil.
¶ Pro ligatura vero tantùm ad funem,ſine tortura,ſoldos octo.

¶ *De modo, & forma coadunandi, & faciendi Conſilium generale Poteſtariæ Sextulæ. Rub. XIIII.*

CVm Superius totius Vniuerſitatis Poteſtariæ Sextulæ Regimen longe melius pręterito ad duodecim homines cum Cõſultore, quos præſidentes appellauimus,Deo inſpirante,reduximus,nõ nullis,non ab re interpoſitis, conſequens eſt,volẽdo eis dare formam inter ſe conueniendi pro tractandis, & peragendis negotijs dictæ Poteſtariæ, vt ad ipſos redeamus.

Ordinamus itaque de cętero quod ſaltem bis in anno quolibet, vz. in Kl. Ianuarij, & in Kl. Iulij, mandato officialis Iuſdicentis, ad inſtantiam Maſſarij generalis prędicti prędicti Pręſidentes debeant citari per vnum ex Nuntijs dictæ Poteſtariæ pro certa die ad inter ſe conueniendum & veniendum ad Conſilium quod dicitur generale, quod fieri debeat in Sala inferiori Arcis Sextulæ,vel in Caſella Iuris,prout commodius ipſis, & Iuſdicẽti videbitur; in quo Conſilio,& loco,interuenire debeant ipſi Pręſidẽtes, vel ſaltem tres partes ex ipſis, perſonaliter, & nõ per ſubſtitutos, vnà cum eorum Conſultore,& Scriba,ac Maſſario generali,pñte & aſſiſtente ipſo D.Iudice;& nemo alius interuenire poſſit in dicto Conſilio;poſſint tamen,immò debeant admittere quancunq; perſonam, vel quaſcunq; perſonas, non gregatim, ſed diuiſim, volentem, vel volentes aliquid ipſis Pręſidentibus exponere, tàm occaſione alicuius ſui crediti, vel debiti, quod haberet in dicta Poteſtaria, quã qualibet alia de cauſa; quibus auditis, excludant talem, vel tales perſonas ex loco dicti Conſilij,anteq̃ veniant ad aliquam determinationem:poſſint etiã adhibere vnum ex Nuntijs Curiæ, ſeu Poteſtariæ, qui eis inſeruiat in dicto Conſilio: & nulla alia perſona cuiuſcunque conditionis, gradus, dignitatis, vel prȩeminentię ſit, poſſit intereſſe Conſilio. Qui ſic conuenti,& congregati propoſitis proponendis, & examinatis,examinandis, deueniant ad terminationem,&deliberationem quoruncunq; propoſitorum,ſeruato tamen hoc ordine:quod in dictis Cõſilijs ordinarijs,primo (ſi ipſi Pręſidentes fuerint in fine ſui officij) eligãt eorum ſucceſſores,& Scribam, ac exactorem condemnationum Põtariæ prędictæ ſecũdum formã ſuperius editam.

¶ Eligant quoq; ſingulo ſemeſtri dictorum Conſiliorum, Maſſarium generalem, Scarium, & Nuntios Poteſtariæ prędictæ ſeruata etiam forma in hoc, capituli ſupra de hoc diſponentis.quibus electionibus ſic factis,ſingula ſingulis aptè referendo deueniant ſecundo ad computum, & rationem Maſſarij generalis præteriti ibi pñtis:qua ratione ſtabilita,& concluſa,deſcendãt ad impoſitionem collectæ, imponendo prius expenſas ordinarias, deinde extraordinarias cuiuſlibet communis,vel particularis perſonæ.



Quibus finitis,& concluſis,ſe conferant ad loquendum,tractandum,& peragendum omnia, & quęcunq; negotia tunc in dicto Conſilio proponenda, & neceſſaria,& de omnibus his,& eorum concluſionibꝰ, rogatus ſit, & eſſe debeat eorum Scriba,qui omnia in libro dictæ poteſtariæ ordinatè ſcribat.

¶ Poſſint tamen ipſi Pręſidentes quandocunque opprtunum ſibi videbitur, facere alia Conſilia extraordinaria cum prędictis perſonis.

¶ Valeant quoq; anteq̃ peruenerint ad conſpectum D Iuſdicentis,inter ſe conferre, & alloqui de omnibus dicendis in Conſilio, & prout ipſis videbitur.

Et quandocunq; acciderit,& ſibi viſum fuerit, etiã ſi in conſpectu dicti Dñi Iudicis eſſent reducti, ſe trahere ſeorſum à dicto D.Iudice pro conſulendis propoſitis,& liceat eis hoc facere, dummodò ad concludendum, & deliberandum propoſita ad eius conſpectum redeant.

¶ Liceat quoq;ipſis,quandocunq; voluerint loqui,tractare,& ſeu concludere de factis,& cauſis ipſius D.Iudicis,pro quibus intendant,& velint habere recurſum ad Illuſtriſ.Principem Ducem noſtrum,ſeorſum,& ſeparatim à dicto D.Iudice,& extra eius conſpectum conſulere,& terminare inter ſe ſuper his,prout,& ſecundum formam Reſcripti Ducalis ſuper hoc emanati.

Et quicquid geſtum,factum,cõcluſum, & deliberatum fuerit per prędictos Pręſidentes,vel ſaltem per tres partes eorum,ratum,& firmum ſit, ac ſi tota Vniuerſitas dictæ Poteſtariæ feciſſet,cõcluſiſſet,& deliberaſſet: ſaluis tamẽ, & reſeruatis his,quæ ipſis interdiximus ſupra, in capitulo ſub Rub. De electione Pręſidentium,poſito.

Et ſi aliqua Conſilia contra formam pñtis legis facta fuerint,ſint ipſo iure,& facto nulla,& inualida,& nullius efficaciæ:teneaturquè, & debeat D. Iuſdicens qui pro tempore fuerit,obſeruare,& obſeruari facere omnes,& ſingulas deliberationes,concluſiones,& reformationes,quæ fient,& quas fieri cõtigerit in dicto Cõſilio generali, vt ſupra, dummodò dictæ deliberationes, reformationes, & ordinamenta non ſint contra formã pñtium Statutorũ.

Et quod ſint tales,ꝙ non indigeant confirmatione Illuſtriſ. D.noſtri Ducis: quas eo caſu non teneatur obſeruare,nec obſeruari facere,niſi prius fuerint confirmatæ per prędictum Illuſtriſ. D.Ducem nr̃um: & ſi negligens fuerit in obſeruando, vel obſeruari faciendo, incurrat pœnam lib. vigintiquinq; March. appl. pro dimidia Duc.Cam. & pro alia dimidia prędictæ Cõitati.

¶ *De iuramento præſtando per Oratores Communitatis, & eorum ſalario. Rubrica. XV.*

STatuimus quod quotieſcunq; contigerit Oratores mitti per Communitatem Poteſtariæ Sextulæ ad Illuſtriſ.D.Ducem noſtrum,vel aliò, dicti Oratores,

tores, anteq̃; diſcedant, iurent, & iurare debeant in manibus D. Iuſdicentis inſtātibus Pręſidentibus, quod fideliter, & ſolicitè tractabunt, & expedient negotia pro quibus mittuntur, & quã citius fieri poterit ſe expedient, & redibunt, vt minor impenſa fiat dictæ Communitati.

Et ſi pro ſuis cauſis ſteterint, & denuntiabuntur, per quot dies ſteterint pro cauſis ſuis, vltra tempus negotiorum Cõitatis, nihil habeant, vel habere debeant a dicta Communitate.

Et quilibet dictorum Oratorum, qui ſint & eſſe debeant de Poteſtaria Sextulæ habeāt, & habere debeant pro ſalario ſuo à dicta Communitate illud, quod eiſdem taxatum fuerit in dicto Conſilio generali, & non vltra, quod quidem ſalarium taxari debeat ſecundũ qualitatem temporum, conditionem perſonarum, & importantiam negotiorum; & hoc ideo, quia in hoc certa taxa præfigi non poteſt.

¶ *De iuramento, & fideiuſſione Exactoris condemnationum Communitatis, ac de eius officio, & ſalario.* Rub. XVI.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ Exactor condemnationum Communitatis, teneatur, & debeat primò, & ante omnia, anteq̃ ſe intromittat in eius officium, iurare in manibus D. Iuſdicentis pñte Scriba Pręſidentium, qui de eius iuramento rogatꝰ ſit, de officio eius fideliter exercendo, ac ſine aliqua fraude pertractando ſecundũ formam pñtis capituli, ac fideiuſſorem idoneum pręſtare de reddendo in fine officij ſui rationem adminiſtrationis, cum reliquorum pręſentatione, & conſignatione in manibꝰ Pręſidentium nomine Communitatis, & ſucceſſiuè, ꝙ elapſo menſe, à die latæ ſententiæ condemnatoriæ, & in libro condemnationum ſcriptæ, teneatur, & debeat viriliter, & ſine acceptatione pſonarum exigere oẽs, & quaſcunq; condemnationes ſpectãtes, & pertinentes ad dictam Cõmunitatem, quarum liſtam Notarius curiæ infra ſex dies à die latæ ſñtiæ, teneatur ad inſtãtiam dicti Exactoris, eidem tradere, & cõſignare abſq; mercede; ſub pœna eidem Notario negligenti, & cõtafacienti lib. vigintiquinque; pro dimidia Duc. Cam. & pro alia dimidia Cõitati appl. ipſo iure, quas condemnationes volumùs expẽdi in neceſſitatibꝰ dictæ Cõitatis. Et de ꝗbꝰ cõdemnationibꝰ nolumus per Pręſidentes fieri poſſe gratiam, ẽt de parte ad ipſos ſpectante, niſi accedente conſenſu Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis;

¶ Et quod in fine officij ſui, rationem adiminiſtrationis ſuæ, cum reliquorum pręſtatione, vt ſupra, in manibus dictorum Pręſidẽtium facere teneatur, & debeat ipſis Pręſidentibus. Et quod de dicta redditione rationis, & de ipſa ratione reddita, & de dicta reliquorum pręſtatione, & conſignatione, in manibus dictorum Pręſidentium, pręfatus Scriba rogatus ſit & eſſe debeat. Et





quòd nõ aliter, nec alio modo ipſa redditio rationis fieri valeat, & ſi facta fuerit, non teneat, nec valeat, & ipſo iure nullius ſit momenti & efficaciæ.

¶ *Quod D. Iuſdicens non poſſit cognoſcere de aliquibus cauſis illius, qui ſit de terra ipſius, niſi in certis caſibus.* Rub. XVII.

STatuimus, & ordinamus, ad tollendam ſuſpitionem, quod D. Iudex non poſſit cognoſcere, nec modo aliquo ſe intromittere in, & de quęſtionibus, & cauſis quibuſcunq; vertentibus inter aliquem de Poteſtaria Sextulæ, & aliquem de terra ipſius D. Iuſdicentis, in qua ipſe Iudex habitet, ſi ante litem conteſtatam oppoſitum fuerit ab eo, qui ſit de Poteſtaria, & Iuriſdictione Sextulæ, vz. quod non procedatur; ſub pœna librarum vigintiquinq; ipſi D. Iuſdicenti contrafacienti, pro dimidia Duc. Cam. & pro alia dimidia prędictæ Cõitati appl. ipſo iure, & nihilominus ſi D. Iudex cõtrafecerit; per eum facta ipſo iure nulla, & inualida ſint. Verum ſi partes in Iudicem conſenſerint, vel oppoſitum non fuerit, vt ſupra, ipſe Iudex cognoſcere poſſit, & ſe intromittere in, & de cauſis prędictis, & acta valeāt, & valida ſint, & niſi aliter commiſſum fuerit p Illuſtriſs. D. N. Ducem.

¶ *De Collectis imponendis in Communibus, & de ſcriptione Collectarum, & Salis, & qui teneantur ſoluere Collectas, & de obſeruatione ordinum cuiuſlibet Communis.* Rub. XVIII.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ poſt impoſitionem collectæ in Conſilio generali, quodlibet Cõe dictæ Poteſtariæ debeat ſuas impoſuiſſe collectas particulares infra viginti dies continuos immediatè ſequentes; ſub pœna lib. trium March. appl. prędictæ Cõitati.

Item volumus quod omnia, & quæcunq; prędia, & bona poſita in Poteſtaria Sextulę cuiuſlibet perſonæ tàm de diſtrictu, q̃ forenſium, collectentur in eo Cõi, in quo ſunt poſita, etiam ſi ſint alicuius clerici patrimonialia, tantùm, vel per ipſum acquiſita, & non ad eccleſiam ſpectantia, cum intentionis noſtræ ſit æſtima non poſſe minui.

Quas collectas impoſitas, Maſſarij exigant tempore eorum officij, & poſt per ſex menſes tantùm, & non vltra; Sed finito eorum officio, & elapſo deinde ſemeſtri, nullam exactionem collectarum ſibi impoſitarum facere poſſint, immò pręſumantur ipſo iure ſolutæ.

Declarãtes ẽt, ad tollendã oẽm dubitationem, ꝙ poſſidẽtes, & fructꝰ capiẽtes prędiorum, ſeu bonorũ, ſoluant, & ſoluere debeant collectas pro ipſis: teneatur tamen Iuſdicens fauorabiliter, ſine ſcriptis ſummariè, ſola facti veritate inſpecta, abſq; aliqua impenſa, Maſſarijs, in exigendis collectis, iuſdicere;

ſeruata tamen forma, de qua ſup. in capit. ſub Rub. De iuramento & fideiuſſione Nuntiorum: multum tamen conſcientiam Iudicis onerantes circa dictas exactiones collectarũ, ne paupculę pſonę iniuſtè à Maſſarijs grauētur. Et ſimiliter Maſſarij ſalis exegiſſe teneantur infra dictum tempus quantitates ſibi debitas occaſione ſalis finito eorum officio, & ſimilitèr habere debētes aliquas quãtitates, a Maſſarijs cõium, vel ẽt aliquam quantitatem ſalis, a Maſſarijs ſalis: quo tẽpore ſex mẽſiũ finito, vel elapſo vt ſupra; nõ audiãtur occaſione prefata, nec poſſint grauare aliquos, nec aliquid conſequi, quinimmo ipſis integrè ſolutum fuiſſe pręſumatur fictione pręſentis Statuti.

¶ Pręterea ordinamus, vt D. Iuſdicẽs debeat obſeruare, & obſeruari facere cuilibet communi particulari ſuos ordines, modos, & leges, illas tamen a Principe noſtro confirmatas; ſub pœna ipſi Iudici contrafacienti lib. vigintiquinque March. toties quoties fuerit contrafactum, appl. pro dimidia Ducali Cam. & pro alia dimidia Communitati prędictæ.

## ¶ *De fide adhibenda libro collectarum. Rub. XIX.*

STatuimus, & ordinamus quod libro, ſeu libris, ſuper quib⁹ deſcriptæ ſũt collectæ generales, & alię impoſitiones reſpectiuè ad dictas collectas, & impoſitiones, quæ fient p Maſſarios, & homines cuiuſlibet cõmunis Poteſtariæ, adhibeatur plena fides, & eis credatur in iudicio, & extra, ac ſi eſſent inſtrumenta publica.

## ¶ *Quod nullus qui non ſit de poteſtaria Sextulæ oriundus poſſit ad aliquod officium in dicta Poteſtaria admitti. Rub. XX.*

STatuimus, quòd nullus, qui nõ ſit oriundus de dicta Poteſtaria, poſſit admitti ad aliquod officium in ipſa Poteſtaria, ſed hẽatur, & reputetur tàm ad officia, quàm ad quęcunq; alia, vt forẽſis, niſi poſſideat, & hẽat bona immobilia in dicta Poteſtaria valoris lib. ducẽtarum, & niſi ſuſtineat in ipſa Poteſtaria onera realia, & perſonalia, & niſi habitauerit continuè in dicta Poteſtaria per annos duodecim continuos, & demum niſi fuerit approbatus, admiſſus, & priuilegiatus pro diſtrictuali dictæ Poteſtariæ in Conſilio generali.

¶ Quam tamen acceptationem nolumus habere locũ per viuam vocem, ſed tantum per ſuffragia ſecreta, & aliter impetrata, ſit ipſo iure nulla.

## ¶ *De iuramento & fideiuſſione Molendinariorum, & de his quæ tenentur obſeruare. Rub. XXI.*

CVm multũ periculoſum ſit ponere blada in manib⁹ molendinariorũ, niſi aſtringãtur ad aliqd pęnaliter, vt diſcãt timore pœnæ ſe abſtinere à furtis:

¶ Ideo



¶ Ideo ſtatuimus, & ordinamus quod quilibet molendinarius vbiq; locorum in dicta Poteſtaria, teneatur, & obligatus ſit in Kl. Ianuarij, & Iulij cuiuſlibet anni, vel infra octo dies poſt dictas Kl. immediatè ſequentes, iurare in manibus Iuſdicentis dictæ Poteſtariæ in forma ſolita, de exercitium ſuum fideliter, ſine fraude, & dolo exercendo, & ſecundũ formam pñtis capituli; & ſubinde fideiuſſionem idoneam pręſtare, de pędictis, & infraſcriptis obſeruandis, & de ſoluendo omnem condemnationem de ipſo, de iure factam, & de reſtituẽdo quicquid indebitè extorſerit, de quo iuramento & fideiuſſione rogatus ſit Notarius Curiæ.

¶ Item teneatur, & obligatus ſit tenere in eius Molendino, ſeu ab alio conducto, vnum quartarium, vnam ſtateram groſſam, & vnum copellum, qui nõ contineat, nec continere poſſit vltra quindecim vncias bladi, vel farinæ iuſtata, & bullata bullo Communitatis.

¶ Item non poſſit in dicto Molendino tenere aliquam ſuem, ſeu porcum alicuius generis, nec gallinas, nec anſeres, nec anates, & nec columbos.

¶ Item teneatur, & debeat tenere Saccos cum blado, & farina ſuper aſſides, & non ſuper terram; & non poſſit accipere pro quolibet quartario pleno, pro molitura ſua, niſi vnum copellum bladi, vel caſtanearum, quę moliuntur: qui copellus vt ſupra niſi quindecim vncias non cõtineat caſtanearum, vel frumenti, & ſi contra pręfata, vel aliquid pędictorum fecerit, vel commiſſerit, incidat in pęnam, ſingula ſuis ſingulis aptè referendo, ſoldorum quadraginta March. appl. ꝓ dimidia Ca. Duc. & pro alia dimidia Cõmunitati prædictæ. Declarando tamen, ꝙ in macinando Officialis Illuſtriſ. D. Ducis. N. pręferatur quibuſcunque macinare volentibus, etiam prioribus, & ſubinde hoſpites habeant dictum priuilegium; in alijs verò perſonis ſeruetur ordo prioritatis macinandi.

## ¶ *De Meretricibus publicis, & leproſis expellendis. Rub. XXII.*

Quoniam Morbida facta pecus, totum corrumpit Ouile.

STatuimus, & ordinamus, quod aliqua Meretrix publica, ſimiliter aliqua perſona leproſa non poſſit, nec valeat habitare in aliquo caſtro, terra, vel villa ipſius Poteſtariæ: teneanturq; Maſſarij denũtiare tales meretrices, vel leproſos commorantes in eorum Communi, Dño Iuſdicenti in dicta Poteſtaria; qui teneatur, & debeat ẽt manu militari, ſtatim expellere dictas Meretrices de tota Poteſtaria, & dare operã, vt cum effectu leproſi ducantur, & collocentur in hoſpitali ſancti Lazari in Padulio, nec aliquis de dicta Poteſtaria poſſit locare, vel gratis cõcedere aliquam eius domum dictis meretricibus, vel leproſis: ſub pœna lib. quatuor

 March.

March. tàm ipſis meretricibus contrafacientibus, quàm locatoribus, vel cõcedentibus domus ſuas, & quàm prędictis Maſſarijs non denuntiantibus vt ſupra, & quàm etiam ipſi Iuſdicenti non obſeruanti, vel non obſeruari facienti, & negligenti, imponenda, & irroganda; appl. pro dimidia Duc. Cam. & pro alia dimidia Communitati prędictæ.

¶ *De Tabernarijs ſiue hoſpitibus, & his quæ obſeruare debeant.* Rub. XXIII.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ quęlibet perſona tenens hoſtariã, ſeu hoſpitium, Betulam, vel pergulam, ſeu Tabernã, vel alia perſona vendens ad minutum in dicta Poteſtaria, teneatur, & debeat habere, & tenere Boccalia, Metretas, Pręuendas, & quęcunq; oĩa alia vaſa ſpectantia ad exercitium ſuum, ꝓ dando, & vendendo, iuſtas, & iuſta, bullatas, & bullata, bullo Cõitatis; quas menſuras oẽs teneantur, & obligati ſint pñtare Scario Cõitatis eas reqrẽti, & videre volẽti, & pmittere eas videre & experiri an ſint iuſtæ: & ſi reperti fuerint vendere, vel vendidiſſe mẽſuris non bullatis, vel aliquas menſuras tenere non iuſtas, & non bullatas, ipſo iure incurrant pœnam ſoldorum quadraginta March. toties quoties, ꝓ qualibet menſura appl. pro tertia parte Ca. Duc. pro alia tertia accuſanti, & pro alia tertia Cõitati pręfatæ: de quo credatur Scario cum iuramento, & cuilibet alij perſonæ, cum vno teſte fide digno; & nihilominus dicta vaſa reperta non iuſta, & non bullata, frangantur.

¶ Item non poſſint, nec valeant vendere panem, qui non ſit ponderis prout in calmerio infra ordinato; & pariter non poſſint vendere vinum, quod non ſit purum, ſub pœna prędicta appl. vt ſupra.

¶ Item quòd non permittant in eorum Tabernis, Hoſtarijs, Betulis, & pergulis aliquem, vel aliquos ludere ad ludum aliquem vetitum, & prohibitum ſecundùm formam prȩſentium Statutorum.

¶ Nec tenere poſſint barrateriã, nec chartas, nec taxillos in dicta ſua hoſtaria, Betula, & pergula; & quòd non poſſint in dicta ſua Hoſtaria, Betula, & pergula recipere, vel hoſpitari Meretrices publicas, Lenones, nec Latrones famoſos, vel alios malos homines, quos ſciuerint infamatos eſſe, ſub pęna lib. quatuor incurrenda ipſo iure, & appl. pro dimidia Cam. Duc. & pro alia dimidia Communitati prędictæ.

¶ *De prouiſione Pontium, & Stratarum publicarum.* Rub. XXIIII.

STatuimus inſuper, quòd dictus D. Iuſdicens teneatur, & debeat aſtringere realiter, & ſeu perſonaliter quęcunq; Cõia, & ſeu Maſſarios dictæ Poteſtariæ, ad aptandum reparandum, & reſtaurandũ cum effectu, infra congruum tempus, omnes & ſingulas, & quaſcunque



cunque ſtratas publicas exiſtẽtes in eorum Territorijs, ſingula ſingulis congruè referendo.

¶ Et pariter dictus D. Iuſdicens teneatur, & debeat compellere ad aptandum, reparandum, & ſeu conſtruendum omnes, & ſingulos pontes in Territorijs ſuis exiſtentes, illos, ad quos de iure, vel de conſuetudine reparatio; aptatio, & ſeu conſtructio dictorum pontium ſpectat, & pertinet, vt liberè omnes per dictam Poteſtariam euntes, & redeuntes, tàm diſtrictuales, quàm foren ſes, poſſint habere liberum, & expeditum iter; ſub pęna, quæ ipſi D. Iuſdicenti videbitur imponenda ipſis Cõibus, & ſeu Maſſarijs ſuper prędictis.

¶ Declarantes tamen, quòd refectio, ſeu reparatio, ſeu conſtructio pontis, qui dicitur de Valdeſaxo, ſpectet, & pertineat ad Vniuerſitatem prędictæ Poteſtariæ.

¶ Et quoniam de ſtratis, & vijs publicis ſermonem huiuſmodi habuimꝰ, declarando volumus ipſas ſtratas, & vias publicas eſſe & eſſe debere latitudinis, vel latitudine ſaltem brachiorum quatuor, & non minus. Et ſi negligens fuerit in prędictis Iuſdicens; volumus ipſum puniri ipſo iure in lib. vigintiquinq; March. appl. pro dimidia Duc. Ca. & ꝓ alia dimidia dictæ Cõitati.

¶ Diſponimus etiam quòd dicti Maſſarij in executione prȩcepti facti a D. Iuſdicente ſuper prędictis, poſſint præcipere omnibus de ſuo communi, quòd ipſi accedant ad aptandum, & reparandum tàm dictas ſtratas, & vias, quàm dictos pontes; ſub pœna prædicta contrafacienti imponenda.

¶ *De locis publicis Poteſtariæ Frignani, & aliorum Communium particularium non occupandis, vel occupatis reſtituendis.* Rub. XXV.

CVm Reipub. interſit bona cõmunia non occupari a particularibus, ſtatutum eſt, ꝙ D. Iuſdicens tàm ex officio, q̃ ad inſtãtiam Maſſariorum, & hõium particulariũ, & ſeu cuiuſlibet perſonæ, cuiꝰ interſit, Poteſtariæ, teneatur, & debeat prouidere omni ſtudio, & diligentia, ſummariè, & ſine litigio, & expenſis, & ſola facti veritate inſpecta, ꝙ aliquæ res, & bona Poteſtariæ, & cuiuſlibet cõis particularis, abſq; licentia dicti cõis dictæ Poteſtariæ, non occupentur, & ſi fuerint occupatæ, vel occupata ab aliqua perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat, ſine licentia, vt ſupra, omni iuris remedio, & etiam manu militari prouideat cum effectu, vt ſtatim reſtituantur liberè, & expeditè ipſi Communi ad quod ſpectant dicta bona occupata vnà cum vſufructibus, damnis, expẽſis, & intereſſe; & vlterius puniantur, & puniri debeant, tales occupatores in pœna lib. quinquaginta March. appl. pro dimidia Duc. Ca. & pro alia dimidia prædicto communi. Et Iuſdicens ſuper hoc teneatur facere diligentẽ inquiſitionem ſub vinculo iuramẽti: Teneaturquè, & debeat ipſe D. Iuſdicens

cens

Lon

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cens inquirere diligenter iura Poteſtariæ prędictæ, & ea defendere pro viribus, & ſe opponere cuicunque ipſa occupare, vel infringere volenti, & conſulere toto ingenio agentibus pro ipſa Poteſtaria, pro defenſione iurium prędictorum.

¶ *Quod nulla immunditia, aut ablutio pannorum immundorum permittatur fieri in Fontibus publicis. Rub. XXVI.*

STatuimus quod nulla perſona de cętero audeat abluere aliquos pãnos immundos, vel aliquid aliud fœtidum, vel immundum in Fontibus publicis, ſeu alueis aliquorum communium dictæ Poteſtariæ, vel lętamina, vel aliqua turpia ponere, vel tenere penes dictos Fontes per xv. brachia, ſub pęna lib. trium March. appl. pro dimidia Duc. Ca. & pro alia dimidia Communitati; & Maſſarij etiã teneãtur prohibere vt non contrafiat, & ſi contrafactum fuerit, contrafacientes denunciare teneantur D. Iuſdicenti, ſub pœna prędicta ab ipſis Maſſarijs auferenda. Et quòd omnes, & ſinguli homines quorumlibet communium teneantur ad conferendum ad euacuandum, purgandum, & reformandum cõgruis temporibus, Fontes publicos, quos habuerint in eorum terris, vel curijs, & etiam, ſi opus fuerit, de nouo faciendum pro vtilitate omnium communium prędictorum: Et quòd idem intelligatur, & obſeruetur pro locis, ac alueis, pro lauandis pannis, purgandis, vel faciendis, vbi, & quando neceſſe erit; & aſtringantur, & aſtringi debeant ipſi contrafacientes ad remouendum & exportandum dicta lętamina immunditias, & fętida.

¶ *De latrinis, & Sedilibus non tenendis iuxta Eccleſias, & vias publicas. Rub. XXVII.*

STatuimus quòd omnes, & ſinguli qui habent latrinas, ſeu Sedilia iuxta Eccleſias, vias, Plateas, Triuia, vel alia loca publica, ex quibus appareat putredo aliqua, teneantur illa remouere, vel ſaltem ita, & taliter illa claudere cum calce, & lapidibus a ſũmitate vſq; in terram, quòd putredo videri, nec modo aliquo fœtor poſſit ſentiri; & quòd beſtiæ nõ poſſint in ea intrare. Et de cętero nullus audeat iuxta loca prędicta vel aliqua eorum conſtruere, ſeu conſtrui facere latrinas, ſeu Sedilia aliqua; ſub pœna in quolibet prędictorum librarum quinque March. auferendarum a quolibet contrafaciente, & appl. pro dimidia dictæ Ca. & pro alia dimidia Communitati, ac etiam ſub pœna ammouendi latrinas, & Sedilia prędicta.

¶ Quod



¶ *Quod ſingulis ſex menſibus dentur pro eleemoſina Monaſterio S. Franciſci de Fanano, & Hoſpitali S. Lazari de Padulio, vz. cuilibet eorum libras quinque de bonis Poteſtariæ. Rub. XXVIII.*

XT homines Poteſtariæ veniam peccatorum ſuorum conſequantur eleemoſina mediãte, & vt Dñus noſter D. Ieſus Chriſtus eorum mentes, ad bene, & in pace viuẽdum diſponat, & vt orationes Fratrum Monaſterij Sancti Franciſci de Fanano ipſis hominib⁹ proſint. Statuimus quod in collecta generali Poteſtariæ prędictæ ſingulo quoq; ſemeſtri ponantur lib. quinque Monaſterio prędicto S. Franciſci pro expendendo in Planetis, Calicibus, & alijs ad cultum Diuinum neceſſarijs in dicto Monaſterio: & pariter Hoſpitali Sancti Lazari de Padulio pro eleemoſina, & amore Dei; quæ eleemoſinæ ſolui debeant per Maſſarium generalem dictæ Poteſtariæ.

¶ *De Beccarijs. Rub. XXIX.*

STatuimus & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli Beccarij Poteſtariæ Sextulæ, ſiue ſint hoſpites, ſiue non, non poſſint vendere vnam carnem pro alia ingroſſum, vel ad minutum, nec tenere ad vendendum aliquas carnes morticias, aut infirmas, vel leproſas, aut vitioſas modo aliquo in beccarijs, nec etiã alibi in dicta Poteſtaria. Et vt res meliùs, & ſine fraude procedat, Diſponimus quod quilibet dictorum Beccariorum teneatur oſtendere omnes, & ſingulas beſtias groſſas, & minutas, exceptis capretis, & agnis, & quas mactare voluerint cauſa vendendi, Maſſario, ſiue vni ex Conſiliarijs Communis, in quo mactabuntur dictæ beſtiæ, vel, ſi mactabuntur ſuper foro, vel Nundinis Sancti Lazari de Padulio, vni ex Maſſarijs S. Lazari prędicti antequàm mactẽt dictas Beſtias, & illicò tũc, quùm mactare voluerint, ſub pœna ſoldorum viginti March. cuilibet ipſorum contrafacienti, & pro qualibet vice, & in quolibet prędictorum incurrenda ipſo iure, & appl. pro dimidia Duc. Cameræ, & pro alia dimidia Communitati prędictæ.

¶ Volumus etiam quòd quilibet Maſſarius, vel Conſiliarius, cui oſtenſæ fuerint dictæ beſtiæ vt ſupra, facta ſibi interpellatione ab ipſis Beccarijs, teneãtur accedere ad videndum dictas beſtias, quæ, ſibi, ſi ſanæ viſæ fuerint, dent ipſis Beccarijs licentiam mactandi, & vendendi illas, aliàs, non, ſub pœna ſoldorum viginti March. ab ipſo Maſſario, ſiue Conſiliario, ſi recuſauerit accedere ad videndum, & contrafecerit in pręmiſſis, appl. pro dimidia Duc. Ca. & pro alia dimidia Communitati prędictæ.

¶ Et ſi quilibet prędictorum Beccariorum abſq; licentia prędicta mactauerit

aliquam

aliquam,ſeu aliquas beſtias, incurrat ipſo iure in pœnam librarum quinq; pro qualibet vice appl. vt ſupra.

¶ Declarantes, quod pręfati Beccarij teneantur, & debeant vendere carnes ſecundum calmerium, de quo infra in pñtibus Statutis.

¶ *De venditione arboris facienda illi, ſuper cuius fundo fuerit arbor, ſi habens arborem vendere voluerit. Rub. XXX.*

STatuimus, quod ſi quis haberet arborem aliquam ſuper fundo alicuius, nō tamen propter ruinam illapſam, tunc talis, qui eam arborem habuerit, nō poſſit eam alienare alicui, niſi illi, in cuius fundo ſit, volenti eam acquirere, prius interpellato per Dominum arboris volentem alienare, qui interpellatus, ſi infra quindecim dies obtulerit pretium arboris, iuxta æſtimationem factam per duos peritos, in hoc electos de communi concordia, pręferatur omnibus alijs; & non poſſit Dominus arboris alicui alij perſonæ alienare; & ſi ſecus factum fuerit, non teneat alienatio facta ſuperinde, & vlterius puniatur Dominus arboris contrafaciens in lib. quinque March. appl. pręductæ Communitati. Elapſo vero dicto termino xv. dierum poſt interpellationem, vt ſupra, legitimè factam, & ipſo Domino fundi non offerente in dicto termino pretiū arboris iuxta ęſtimationem pręductam, liceat poſtea, & licitum ſit Domino arboris, impunè cuilibet alij volenti, dictam arborem alienare.

¶ *De Arboribus, quæ delapſæ fuerint propter ruinam ſuper terram alicuius. Rub. XXXI.*

STatuimus, & ordinamus quod ſi Arbor, Vitis, vel planta propter ruinam ſup fundum alicuius delapſa fuerit, teneatur Dominus fundi denūtiare Dño arboris, ꝙ ipſe infra vnū menſem ꝓximè ſequētem à die denuntiationis, ammoueat dictā arborē de eius fundo, vel quòd ſibi eam vendat communi ęſtimatione, & pretio, quo termino elapſo, ſi Dominus arboris eam non ammouerit, vel non vendiderit vt ſupra, liceat ipſi Domino fundi de dicta arbore diſponere quicquid voluerit, cum eo caſu, volumus dominium dictæ arboris tranſlatum eſſe in dominum fundi.

¶ *De grotto, & margine, vel muro cadente, vel diſcurente ſuper fundum vicini, vel viam publicam. Rub. XXXII.*

ITem Statuimus quòd ſi margo, vel, vt vulgariter dicitur Grotto alicuius perſonæ deciderit, vel delapſus fuerit modo aliquo ſup fundum vicini, poſſit Dominus talis marginis, & grotti, ammouere dictum grottum, ſeu marginem de fundo vicini infra xv. dies a die

eius



eius ſcientiæ, & ſi talem ammotionem nō fecerit in dicto termino, amplius ammouere non poſſit, cum, ipſo iure volumus dictum grottum ſeu margine ſpectare, & pertinere ad dictum vicinum.

¶ Si verò murus, vel ſaxa alicuius diruerint, vel deciderint ſuper fundum vicinj, Dñus muri, ſeu ſaxorum, & lapidum, teneatur ammouere, & exportare ex dicto fundo dictum murum, ſaxa, ſeu lapides, infra terminum octo dierū, poſtq̄; ei mandatum fuerit per Iuſdicentem ad inſtantiam Dñi fundi; ſub ea pœna, quæ ipſi Domino Iuſdicenti videbitur, appl. pro dimidia Duc. Ca. & pro alia dimidia pręductæ Communitati.

¶ Si autem murus, ſaxa, vel margo, ſeu grottus alicuius perſonæ ceciderint, vel delapſa fuerint modo aliquo ſup viam publicam, ſeu vicinalem, Dominus pręductorum teneatur cum effectu amouere, & exportare pręducta de dictis vijs, & ea benè diſgombrare infra tres dies, poſtquàm ſibi denunciatum fuerit per Maſſarium Communis, vel per aliam perſonam ſua intereſſe putantem, ſub pœna lib. trium March. appl. pro dimidia Duc. Cam. & pro alia dimidia Communitati pręductæ, & vlteriùs teneatur ad omnes expenſas, damna, & intereſſe, quę p̄dictus Maſſarius, vel alia perſona feciſſet, & paſſus fuiſſet in diſgombrādo, & ammouendo pręducta; poſſit tamen Maſſarius dicti Communis, vel alia perſona putans ſua intereſſe, implorare Iudicis officiū ſuper pręmiſſis.

¶ Adijcientes, quòd ſi fundus, ſeu terra alicuius propter ruinam, à loco ꝓprio in parua, vel magna quantitate ammoueretur, & in fundum vicini dilaberetur, vel diſcurreret, tunc, & eo caſu ad tollendas altercationes, quæ inter confinantes occaſione confinium, vel alia de cauſa oriri poſſint, ponantur termini, & confines inter dictos confinantes p directum, & recta linea, in locis vbi erant, & prout erant ante ruinam: & ꝙ Dñus fundi, ſeu terræ delapſæ, & ruinatæ, ſter, & ſtare debeat tacitꝰ, & contentꝰ pręductæ terminationi, & nō poſſit aliter proſequi dictum fundum, & terram ruinatam, quoniam volumus Dominum dictę terrę ſeu fundi delapſi, & ruinati, ſpectare, & pertinere pleno iure ad Dominum fundi, ſuper quo delapſa fuit, & remanſit dicta ruina. Saluis ſemper manentibus his quæ ſupra diſpoſuimus de arboribus, margine, ſeu grotto, & muris, & ſaxis alicuius, in fundum vicini, vel in vias publicas, & ſeu vicinales cadentibus, vel diſcurrentibus.

¶ *De aquis non ammouendis, a locis conſuetis. Rub. XXXIII.*

STatuimus quòd aquæ, cuiuſcunque naturæ, & originis ſint, & etiā pluuiales diſcurrere habeant per loca cōſueta, & antiqua, & ſi quis eas a dictis locis, & ab earum ſolito curſu ammouerit, incidat in pœnam libr. quinque March. appl. pro dimidia Duc. Cam. & pro

alia

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

alia dimidia prędictæ Communitati.

Et nihilominus teneatur ad intereſſe, & emendationem damni, illi qui paſſus fuerit damnum, ſeu illius Communis, cuius via fuiſſet deuaſtata propter talem amotionem, & deriuationem aquarum; & vlterius etiam teneatur reducere ſuis proprijs expẽſis dictas aquas ad curſum earũ ſolitũ, & antiquũ, ac etiam reponere dictã viã deuaſtatã, & reducere ad eius priſtinũ ſtatum; Et D. Iuſdicens ſuꝑ prętmiſſis, ius ſummariè, & celerrimè, ſola facti veritate inſpecta reddat.

¶ *De fructibus arborum in confinibus exiſtentium legendis, & exportandis, & ad quem ſpectent, & cuius ſint.* *Rub.* *XXXIIII.*

ORdinamus, & ſtatuimus quod in colligendis, & exportandis fructibus arborum in confinibus poſitarum, ſeruetur, & ſeruari debeat in quolibet Communi conſuetudo eiuſdem cuiuſlibet Communis obſeruata hactenus, & inueterata in dicto quolibet Communi pro lege. limitantes tamen, & declarantes, quod in illis Cõibus, in quibus fructus caſtanearum, & glandium colligebantur, & exportabantur per confinia, habito reſpectu ſolum ad confines fundorum, ſi arbores caſtanearum, & glandium eſſent poſitæ & ſeparatæ in fundo alicuius, extra, & ſeorſum à ſiluis, & nemoribus caſtanearum, & quercuum, ita & taliter, ꝙ fructus earum diſcernantur & nõ confundantur, vel immiſceantur cum fructibus vicini, eo caſu liceat, & licitũ ſit dño ipſius arboris, colligere, & exportare temporibus congruis earum fructus cadentes ſuper fundum vicini. nec poſſit, nec valeat vicinus, in cuius fundum ceciderint, quoquo modo vetare, vel impedire quominus dominus arborum colligat, & exportet dictos fructus; cum in hoc caſu volumus, & declaramus dictos fructus ſpectare, & pertinere pleno iure ad dominum arborum prędictarum.

¶ *De arboribus pendentibus ſuper terram alicuius perſonæ, & de cętero circa confinia plantandis.* *Rub.* *XXXV.*

STatuimus, & ordinamus, quod quęlibet ꝑſona de dicta Poteſtaria habẽs in eius fundo arborem penes fundum vicini, & ſuper eo pendentem, & vmbrantem, teneatur & debeat eam à terra altius per brachia ſex cohercere, & ſeu deradere & remundare, ne vmbra prędio vicini officiat, limitãtes tamen, quod hoc locum non habeat, nec obſeruetur in moris, & caſtaneis, ſed caſtaneas à terra altius per brachia quinque deradi, moros verò per brachia tria volumus.

¶Declarantes, ꝙ diſpoſitio pñtis capituli non habeat locum in caſtaneis exiſtentibus,



tibus, in ſiluis, & nemoribus, nec etiam in vitibus.

¶ Item diſponimus, quòd de cętero, ſi aliqua perſona voluerit plantare aliquã arborem in eius fundo, non poſſit, nec valeat eam plantare propè fundum vicini per tria brachia, quod locum hẽre volumus in vitibus, & ſepibus circa confinia plantandis, & faciẽdis; ſed ipſæ vites, & ſepes poſſint plãtari vſq; ad confinia, dummodò non plantentur in fundo alieno, & dictæ ſepes non ſint altiores duobus brachijs cum dimidio, & debeant teneri ſcaluatæ, & depreſſæ, ita ꝙ altius non elleuentur, ſub pęna contrafacientibus ſold. decem, appl. Communitati, & nihilominus remouere teneatur quicquid fecerit, contra prędicta.

¶ *De calmerio panis, vini, & carnium.* *Rub.* *XXXVI.*

STatuimus, ꝙ vendentes panem teneãtur, & debeant vendere panẽ factum de bono frumento, ſeu de bona farina, benè fermẽtatum, & coctum, & diligenter cuſtoditum, & tantæ quantitatis, & põderis, habito reſpectu ad valorem frumenti, quòd ipſi facientes panem, nõ poſſint lucrari in vno quartario panis vltra ſoldos quinque March. & ſi cõtrafecerint in prędictis, incidant in pœnam, ſeu amiſſionẽ panis, toties quoties cõtrafecerint, q panis amiſſus tali de cauſa, pro dimidia appl. pauperibus Chriſti, & pro alia dimidia Scario inuentori, vel cuilibet alij inuentori, cui cum eius iuramento, & vno teſte fide digno credatur.

¶ Vendẽtes autem vinum ad minutum, non poſſint vendere bocale vini puri, & iuſti ponderis, & menſurę, vltra quatrenos ſex, & metretam vltra quatrenos tres; ſub pœna ſoldorum quinque pro qualibet vice, & pro qualibet menſura appl. pro dimidia pauperibus Chriſti, vt ſupra, & pro alia dimidia Scario ipſi inuentori, cui in hoc caſu, & ſuperiori credatur cum eius iuramẽto, & vno teſte fide digno.

¶Quo autem ad calmerium carnium, quia non poteſt dari certa regula, diſponimus, quòd in quolibet Conſilio generali in kl. Ian. & Iulij cuiuſlibet anni, Pręſidentes teneãtur & debeant ponere, & dare calmerium carnibus vendendis per Beccarios, ſeu hoſpites, & non poſſint vẽdentes, vltra calmerium prędictum, vendere carnes, ſub pœna amiſſionis carnium, quæ repertæ fuerint venditæ vltra prædictam taxam, & vlterius incidant in pœnam ſoldorum quinque March. ſi contrafecerint, pro qualibet vice appl. pro dimidia pauperibus, vt ſupra, & pro alia dimidia cuilibet inuentori, cui cum eius iuramẽto & vno teſte fide digno credatur. Et in prętmiſſis, & quolibet prętmiſſorum in prętſenti Cap. contentorum, teneatur D. Iuſdicens Ius expeditum ſine ſcriptis, & ſine aliqua expenſa dicere.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*¶ De limitatione, & ſeu modificatione affictuum.* Rub. XXXVII.

STatuimus, & ordinamus, quòd affictus bladorum pro terris, non poſſit, nec debeat excedere partem, quæ verſimiliter obtingere poſſet Domino terrarum locatarum ad dimidium, ſi dictæ terræ laboratę fuiſſent arbitrio boni viri, in ea parte compręhenſa parte ſeminis reſpectu Domini.

¶ Affictus quoque vini non poſſit excedere partem, quæ veriſimiliter obtingere poſſet domino terræ vitatæ, hoc eſt, dimidiam, ſi ipſa terra culta, & laborata fuiſſet arbitrio boni viri.

¶ Affictus & redditus caſtanearum pro caſtanetis, non poſſit, nec debeat excedere duas partes ex tribus, redditus, qui veriſimiliter percipi potuiſſet ex dictis caſtanetis, & ad affictum, & redditum contra formam pñtis Statuti, aliqua perſona, & ſeu Vniuerſitas vel collegium nullatenus teneatur, & ſuper eo aliquis non audiatur.

*¶ Quod nullus audeat quoquo modo tractare, nec loqui de donando vexillo, vel alio dono Officialibus.* Rub. XXXVIII.

STatuimus etiam, ꝙ nullus audeat tractare, nec loqui in Conſilio generali, nec extra, de dando Officialibus Poteſtariæ Sextulæ aliquod vexillum, & ſeu donum ſub aliquo quouis quęſito colore, ſub pœna lib. quinquaginta March. pro quolibet contrafaciente, & pro qualibet vice appl. pro dimidia Duc. Ca. & pro alia dimidia dictæ Communitati; & ſi quid contra formam pñtis Statuti fuerit tractatum, vel diſpoſitum per Conſilium generale, non valeat, nec teneat, & condemnetur quilibet, qui interfuerit dicto Conſilio, & conſenſerit, & etiã Notarius, qui de prędictis eſſet rogatus, in pœna ſupradicta appl. vt ſupra.

*¶ Quod nullus de familia Iuſdicentis, Capitanei, & Notarij curiæ Sextulæ poſſit eſſe Procurator.* Rub. XXXIX.

STatuimus quod nullus de familia D. Iuſdicentis, nec de familia eius Capitanei, nec de familia Notarij curiæ Sextulę modo aliquo poſſit interuenire in iudicio pro aliqua perſona, ſeu Communi in aliqua cauſa, nec Nuncij exercitium facere, & ſi contra formam pñtis Cap. factum fuerit quicquid tentum fuerit, ſit ipſo iure nullum; & vlterius cõtrafaciens incurrat pœnam pro qualibet vice librarum quinq; March. ꝑ dimidia Cam. Duc. & pro alia dimidia dictæ Communitati applicanda.





*¶ Quomodo intelligantur iuſtæ menſuræ, & penſæ.* Rub. XL.

QVoniam ſupra habita fuit mentio de iuſtis menſuris, & penſis, ideò declaramus, quòd ſi quando acciderit dubitari de menſura iuſta quartarij, iuſtus debeat cõiter continere tãtum fruméti ad raſum quartarij, quod aſcendat ad pondus lib. ſexaginta cum ſtatera Frignani: quartarius verò caſtanearum albarum, & ſiccarum iuſtus ad culmum debeat communiter continere tantum caſtanearum, quod aſcendat ad pondus lib. ſexagintaocto cum ſtatera prædicta.

¶ Quartarius verò vini ſit, & eſſe debeat ponderis, vinum, ſz. cum ſtatera lib. trecentarum, ad rationem duodecim parolorum vini pro quolibet quartario vini; quodlibet verò parolum vini debeat eſſe ponderando cum ſtatera, libr. vigintiquinque, & dictum parolum eſſe debeat octo bocalium vini, quodlibet verò bocale vini debet eſſe capacitatis libr. trium, & vnciarum duarum vini, ſiue libr. trium vini, & vnciæ vnius cum dimidio, ponderando vinum cum ſtatera.

¶ Statera autem, cum qua debet põderari in dicta Poteſtaria, intelligatur iuſta ſecundum morem, & modum hactenus obſeruatum pro ſtateris in dicta Poteſtaria; & sm̃ morem, & modum, qui vſitatur, & tenetur circa ſtateras, & in ſtateris, & quo iuſtantur ſtateræ pro ponderando in Ciuitate Bononiæ.

¶ Paſſus autem pro menſurando, ſit, & eſſe debeat iuſtus & longus ſecundum morem hactenus obſeruatum, & vſitatum in prędicta Poteſtaria Sextulæ; Copellus verò iuſtus ſit, & eſſe debeat capacitatis quindecim vnciarum ponderando cum ſtatera.

*¶ Quod Doctores, Medici, & Notarij ſint liberi ab oneribus perſonalibus.* Rub. XLI.

DEcernimus hac noſtra lege, quòd Doctores, Medici, & Notarij immunes ſint, & liberi ab omnibus & ſingulis oneribus perſonalibus, præterquàm Tutellæ, & Curæ.

FINIS PRIMI LIBRI.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

INCIPIT

# LIBER SECVNDVS

## STATVTORVM POTESTARIAE SEXTVLAE.

¶ *Qui dies infra annum ſint feriati in honorem Dei.* *Rub.* *I.*

DISPONIMVS, quòd ius reddatur per totum annum, exceptis diebus infraſcriptis feriatis, vz. in honorem Dei, vel ob neceſſitates hominum, & infraſcripti dies ſint, & eſſe intelligantur feriati in honorem Dei, in quibus Ius non reddatur, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, vz.

Dies Paſchæ Reſurrectionis D.N.Ieſu Chriſti cum ſeptem diebus pręcedentibus, & totidem ſequentibus.

Vigilia Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Dies Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus diebus ſequentibus, vſque ad octauam Circuncisionis ipſius incluſiuè.

Dies Paſchæ Penthecoſtes cum duobus diebus ſequentibus.

Dies Aſcenſionis Domini.

Dies Corporis Chriſti.

Dies feſtiuitatum glorioſsimæ virginis Mariæ.

Dies omnium Apoſtolorum.

Dies omnium Euangeliſtarum.

Dies omnium Dominicarum.

Dies ſancti Ioannis Baptiſtæ.

Dies ſancti Geminiani confeſſoris.

Dies quatuor Doctorum Eccleſiæ.

Dies ſanctæ Luciæ.

Dies ſancti Nicolai, cum eius Vigilia.

Dies ſanctæ Crucis.

Dies ſanctæ Agnetis.

Dies ſanctæ Catherinæ.

Dies ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

Dies ſanctæ Margharitæ.

Dies ſancti Laurentij.

Dies ſancti Pancratij.

Dies Dedicationis Eccleſiarum Abbatiæ Nonantulæ in Iuriſditione Sextulæ, vz. die 28. meñ. Aprilis.

Dies omnium Sanctorum.

Dies cõmemorationis Mortuorum.

Dies ſancti Martini.

Dies S. Georgij, & Maurelij.

Dies ſancti Vincentij.

Dies ſancti Sebaſtiani.

Dies ſancti Blaſij.

Dies Cinerum.

Dies omnes Veneris menſis Martij ſingulo anno.

Dies ſancti Rochi.

Dies ſancti Antonij Abbatis, necnon & conuentualis ordinis minorum de Padua.

Dies ſancti Franciſci.

Dies Conuerſionis ſancti Pauli.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Dies verò feriati ob neceſſitates hominum ſint, vz.
Dies à Kl. menſis Iulij cuiuſlibet anni incluſiuè, vſque, & per totum medium meñ. Auguſti. Et ſimiliter etiam per totum meñ. Octobris quolibet anno. Et ꝙ prędicto tempore feriarum ob dictas neceſſitates, Ius nõ reddatur in cauſis Ciuilibꝰ, niſi aliter ex forma pręſentium Statutorum diſpoſitum repiatur.

¶ Decernentes quicq̃d factum fuerit ꝑdicto tp̃e, irritum, nullũ & vanũ eſſe.

¶ *De modo citandi habitantes in Poteſtaria Sextulæ, pręſentes, vel abſentes. Rub. II.*

STatuimus, ꝙ in cauſis excedentibus ſummam, & æſtimationem lib. quinquaginta, quas maiores, & ſeu ordinarias appellamꝰ, citationes, quæ contigerint in his fieri in primordio litis, hoc modo fiant, vz.

¶ Quod pręcedente mandato, & ſeu commiſſione D. Iuſdicentis, citatio in ſcriptis per vnum ex Nuncijs publicis curiæ Sextulæ, cui commiſſa fuerit citatio, fiat ſemel inuento perſonaliter, & eidem relaxetur; & bis non inuento perſonaliter per modicum interuallum, ad domum eius ſolitæ, & vltimæ habitationis, ſi prima vice non comparuerit, cum relaxatione ipſius citationis in ſcriptis, ad hoſtium ipſius domus, pręſente aliquo de eius familia, vel, eo deficiente, pręſente aliquo vicino, ſi adhiberi, & reperiri poſſit.

Quæ citatio, ſeu cedula citationis, contineat nomen Iudicis, coram quo comparere debeat, & nõia citandorum, & eorum, ad quorum inſtantiam fiet, & cauſam, quare facta fuerit, & ad quid citentur, & locum, diem, & horam, vbi, & pro quibus comparere debeant, dummodò non arctentur ad diem, quo facta fuit ipſa citatio, & hoc idem obſeruetur, & ſucceſſiuè in pręceptis, & mandatis fiẽdis cuicũq; pſonæ; & hoc locũ hẽat in habitãtibus in dicta Poteſtaria.

Declarantes tamen, quod ſi dies, pro qua fuerint citati, cõtigerit eſſe feriata, comparere debeant die ſequenti iuridica, & pro ea intelligantur eſſe citati.

¶ Adijcientes ẽt, ꝙ ſi quis vt hęres alicuius citari debuerit, ſi certum ſit q̃ ſit hęres, citetur hęres perſonaliter, vel ad domũ eius ſolitæ & vltimę habitationis, vel ad domum eius, cuius hęres eſſe dicitur, modo, & forma ſuperiꝰ declaratis.

Si verò incertum erit quis ſit hęres, tunc fiant citationes, & pręcepta modo infraſcripto, vz. ad domum vltimæ ſolitæ habitationis defuncti, ſi qui ſunt, vel eſſe volunt hęredes defuncti: per vnum ex Nuncijs publicis curiæ, alta voce, & ad eccleſiam ipſi domui proximiorem, vt ſupra, campana etiã pulſata, audientibus familia, & habitantibus, ſeu habitatoribus dictæ domus, vel loci, ſi in dicto loco fuerint habitatores.

Et ſi dictus defunctus habiationem non habuerit tempore eius mortis in Poteſtaria Sextulæ, tunc fiant citationes de dictis hęredibus in loco, in quo citantur forenſes, & vagabundi, & eo modo & forma, quibus ipſi citantur ſe-

cundum



cundum formam Statuti ſub Rub. De modo, & forma citandi forenſes: quæ quidem citationes, & pręcepta fieri debeant modo, & forma prędictis in primordio litis; & vbi quis citatur ad diffinitiuã ſententiam; ad quam q̃s omnino citari debeat bis, ſi prima vice non cõparuerit, & diuerſis diebus, & pemptoriè.

¶ In alijs autẽ citationibus, & pręceptis faciendis, ſufficiat vnica citatio ſiue citetur perſonaliter, ſiue ad domum: & non requiratur peremptorium; & prędictæ citationes valeant, etiam ſi eſſent manu aliena dummodò ſint ſub ſcriptę manu Notarij curiæ: & citationes aliter factæ nõ ſeruatis prędictis ſint ipſo iure nullæ: & ſimiliter omnis notificatio, intimatio, & omne pręceptum fiat, & fieri debeat; quæ quidem citationes, & earum relationes fieri non poſſint, nec debeant diebus feriatis in honorem Dei.

¶ Adijcientes inſuper, ꝙ ſi contigerit citari debere aliquam Vniuerſitatem, Cõe, capitulum, vel collegium, ſeu villam, quod ſufficiat ipſam Vniuerſitatem, Cõe, capitulum, collegium, ſeu villam in ſcriptis citari ꝑ cedulam continentẽ, vt ſupra de alijs: quæ affigantur loco publico, vel ad eccleſiam habitationis loci dictæ Vniuerſitatis, Cõis, capituli, collegij, ſeu villæ; ita tamen, quod per Nuncium notificetur Maſſario, vel Syndico, vel Conſiliario euiſdem, dicta citatio, ſi tamen dictæ terræ adminiſtratores ſint; aliter ſufficiat dictam citationem notificari duobꝰ hominibꝰ de dicta Vniuerſitate, Cõi, collegio, capitulo, ſeu villa.

¶ In cauſis verò à quinquaginta lib. infra, quas minores, & ſeu ſummarias dicimus, ſufficiat citationem oretenus, & verbo fieri per vnum ex Nuncijs publicis curiæ prędictæ perſonaliter pro inuento ſemel, alioquin bis ꝑ modicum interuallum ad domum ſuæ ſolitæ, & vltimæ habitationis, abſque cedula, & ſolennitate prędicta.

¶ *De modo & forma citandi forenſes, & procedendi contra eos. Rub. III.*

STatuimus, ꝙ quando contigerit forenſem de iure poſſe citari, & conueniri coram Iuſdicente Poteſtariæ Sextulæ, citatio de ipſo forenſi fieri debeat per vnum ex Nũcijs publicis Curiæ Sextulæ ad oſtium caſellæ Iuris Sextulæ prędictæ alta voce, cum expreſſione totius citationis, quam Notarius curiæ prędictæ, vel is, ad cuius inſtantiam fit citatio, ſibi vulgariter legere teneatur de verbo, ad verbum, & deinde cedula ipſa, citationem continens affigatur, & relaxetur prędicto oſtio caſellæ; quam ſi quis inde amouerit infra tempus citationis, incurrat ipſo iure in pœnam lib. trium appl. Cam. Duc. quæ citatio bis fiat, vt infra quinque dies ꝓ qualibet citatione citatus comparere debeat; ad reſpondẽdum petitioni, & ad actum, ad quem citatur: Quibꝰ terminis elapſis, & eo citato non comparente per ſe, vel alium eius nomine legitimè, ſiue minor, ſiue maior ſit, detur curator liti, vel cauſæ, contra quem poſſit actor agere ſecundũ

formam

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І.МЕЧНИКОВА

formã Statutorũ nrorũ, reſpectiuè ad litem, vel cauſam, ſingula ſingulis congruè referendo, ꝙ curator cogatur eſſe vnus ex Notarijs Põtariæ Sextulę per Iudicem eligendis, ſiue velit, ſiue nolit. Qui curator teneatur iurare benè; & diligenter, ac ſufficienter defendere ipſum abſentem; & cui curatori de condigna mercede teneatur actor ſatisfacere, expenſis tamen eius, cuius poſtea per Iudicem declarabitur.

Et ſi abñs venerit pendente iudicio, vel lata ſentẽtia, pręſtita prius per eũ idonea fideiuſſione, ſecundum formam Statutorum noſtrorum, admittatur ad proſequendum iudicium, vel ad appellandum, ſecundum formam dictorum Statutorum, & vt ſupra.

¶ Si verò in principio litis comparuerit, pręſtita per eum fideiuſſione, procedatur contra eum ſecũdum formam pręſentium Statutorum; ſi autem fideiuſſionem noluerit, vel non potuerit pręſtare, cum nolumus ſtare iuratoriæ cautioni, detineatur tanq̃; ſuſpectus, inſtante creditore, & contra eũ ꝓcedatur ſecundum formam Statuti noſtri ſub Rub. De ſuſpectis, & fugitiuis.

### ¶ *De Suſpectis, & fugitiuis.* *Rub.* IIII.

STatuimus, ꝙ quilibet tàm diſtrictualis Poteſtariæ Sextulę, q̃ forenſis, qui allegaretur, vel iuraretur ſuſpectus, & fugitiuus, poſſit, & debeat detineri ad inſtãtiam cuiuſlibet diſtrictualis dictæ Poteſtariæ, facta prius fide de debito, ꝑ ſemiplenam probationem; & hoc ſuperueniente noua cauſa ſuſpitionis poſt debitum cõtractum; qui ſuſpectus detineatur, & nõ relaxetur donec integrè ſatisfecerit creditori, vel idoneè ſatiſdederit de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, vel probauerit ſe habere, & poſſidere in Poteſtaria Sextulæ tot bona, quæ ſufficiant ad ſatisfactionem quãtitatis, vel rei petitæ: quo probato, ille, qui detineri fecerit eum vt ſuſpectum, condemnetur in libris decem tali detento, ſi ipſe ſciuerit, vel veriſimiliter ſcire debuerit, dictum talem detentum dicta bona poſſidere, quæ pœna etiam locum habeat, ſi capi faciens, non plenè poſtea probauerit debitum. Quibus caſibus, vz. quando ſatiſdederit detentus quacunque ex cauſis antedictis, vel probauerit ſe poſſidere bona vt ſupra, in agendo procedatur ſecundum formam præſentium Statutorum, reſpectiuè ad litem, ſeu cauſam, ſingula ſingulis congruè referendo; ita tamen quod ſi ille, ad cuius inſtantiam facta fuerit detentio, non porrexerit ſuam petitionem infra quinque dies, talis ſatiſdatio pro non pręſtita ſit, & fideiuſſor omnino liberetur.

¶ Volumus tamen, quod ſi aliquis fuerit detentus, vel carceratus vt ſupra qui legitimè non ſatiſdederit, ille, ad cuius inſtantiã fuerit detentus, teneatur, & debeat infra tertiam diem à die detentionis, ſuam porrigere petitionem, cui reſpondere teneatur detentus per ſe, vel alium legitimè infra aliud triduũ, quo elapſo,



elapſo, ſiue reſponderit, ſiue non, lis habeatur pro conteſtata; & Iudex coram quo producta fuit petitio, pręedictis arctatis dilationibus, teneatur dictam cauſam terminaſſe infra terminum quindecim dierum, non obſtãtibus ferijs, pręterq̃ in honorem Dei; ſub pœna lib. decem appl. pro dimidia. Duc. Ca. & pro alia dimidia Communitati: & vlterius teneatur parti exinde lęſæ ad damna, & intereſſe. Et, ſi porrecta non fuerit dicta petitio infra dictum terminum, vel non fuerit terminatum infra dictum tempus, talis captus liberè relaxetur, & amplius pro dicta cauſa nõ poſſit detineri, & ille, ad cuius inſtantiam captus fuerit, teneatur ipſi relaxato ad damna, & intereſſę.

¶ Volentes ꝙ, à ſñtia lata in cauſa dicti capti, liceat appellare, & de nullitate dicere, infra quinque dies à die latæ ſñtiæ, infra quos, Libellus appellatorius, ſiue nullitatis, pñtetur coram Iudice appel. Qui Iudex appellat. teneatur ipſam cauſam appel. & nullitatis infra decem dies, ſequentes dictos quinque dies, terminaſſe; ſub pœna antedicta; &, ſi non terminauerit, teneatur ad damna, & intereſſe parti exinde lęſæ; & nihilominus pręedicta ſententia rata maneat: quæ ſi lata fuerit in fauorem capti, ſiue tranſierit in rem iudicatam, per lapſum fatalium pręedictorum, ſiue confirmata fuerit per Iudicem pręedictũ, ipſe captus liberè relaxetur, & ipſe, qui fecerit ipſum detineri condemnetur in expenſis, damnis, & intereſſe duplicatis, & vlterius non audiatur.

Si verò ſententia lata fuerit in cauſa appellationis, vel nullitatis in fauorem ipſius, qui ipſum detineri fecerit, poſſit detentus appellare, & de nullitate dicere ab ipſa tali ſentẽtia, ſi modo prima ſentẽtia lata fuerit in fauorem ipſius capti; & ipſius nullitatis, & appel. cauſa terminetur infra dicta tempora, ſub pœnis pręedictis Iudici pręedicta non obſeruanti.

¶ Forenſes autem, quantum ad pręedicta, intelligi volumus omnes, qui non habitant in Poteſtaria Sextulæ animo mutandi domicilium.

### ¶ *De recuſando Iudice ſuſpecto.* *Rub.* *V.*

STatuimus ꝙ, ſi aliquis in aliqua cauſa excedente ſummam librarum vigintiquinque, dixerit, & allegauerit habere Iudicem ſuſpectum ſibi, teneatur comparere coram ipſo Iuſdicente, & recuſationem ſuam in ſcriptis producere, & iurare corporaliter tactis ſcripturis ad ſancta Dei Euangelia, ꝙ ipſum habet ſuſpectum ex veris, & legitimis cauſis, taliſquè recuſatio procedat ſolo iuramento, & abſque expreſſione aliquarum cauſarum, & probatione ipſarum; qua recuſatione producta, ſi facta fuerit in abñtia aduerſarij, notificari facere teneatur ille, qui dictam recuſationem fecerit, ea die, vel ſequenti iuridica, aduerſario in ſcriptis, teneaturquè talis Iuſdicens recuſatus, dictam recuſationem admittere, ſub pœna infraſcripta, & mandare partibus, vt dent ſuos confidentes ſecũdum formam

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

formam Statuti ſub Rub. De Conſilio Sapientis habendo: & tunc de numero confidentium vtriuſque partis, vel alterius, ſi altera eſſet negligens, vel recuſaret eligere vnum, ſecundum formam dicti Statuti: coram quo electo procedatur, & fiat ſicut coràm Iudice recuſato factum fuiſſet; habeatquè talis electus eandem authoritatem, & bailiam, & eas authoritates, & iuriſdictiones, prout habebat ille Iudex recuſatus; & dictam recuſationem permittimus poſſe fieri vſque ad vltimum diem incluſiuè temporis, ad petendum cauſam committi conſilio Sapientis: elapſo autem dicto tempore, prohibemus eam poſſe fieri niſi cauſa ſuſpitionis allegetur, & probetur, etiam ſi de nouo ſuperuenerit cauſa, quæ probatio fieri debeat coràm Domino Iudice appellationis, de quo in Statutis pręſentibus, ſub Rub. De Appellationibus, qui teneatur ſuperinde declarare, clarè infra decem dies; ſub pœna lib. decem appl. ipſo iure Cam. Duc. pro dimidia, & pro alia Communitati. Cuius declarationi omnino ſtetur remoto omni iuris remedio: & ſi recuſans, prędicta non ſeruauerit, intelligatur renunciaſſe recuſationi; & Iudex teneatur procedere in cauſa, non obſtante dicta recuſatione: & hoc non hẽat locum in cauſis criminalibus, & damnorũ datorũ.

¶ *De ſatisdatione à non ſubiectis pręſtanda.* *Rub.* *VI.*

STatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi contigerit aliquem nõ ſubiectum iuriſdictioni Iuſdicentis in Poteſtaria Sextulæ cuiuſcunq; conditionis ſit, petere, vel agere vel excipere cõtra aliquem ſubiectum dicto Iuſdicenti, quod prędictus ſic non ſubiectꝰ non audiatur de iure ſuo agendo, vel excipiendo, in ciuili, vel in criminali; niſi prius ſatiſdederit idoneè de expenſis reſtituendis aduerſario, ſi ſuccubuerit, & de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo in cauſa conuentionis, & reconuentionis; pro quibus teneatur talis fideiuſſor principaliter, & tanquàm principalis, omni exceptione remota; nec ſatis ſit hoc caſu iuratoriam cautionem interponere, hoc eſt iurare, non poſſe inuenire fideiuſſorem idoneum.

¶ Idemquè obſeruari volumꝰ in omni perſona, etiam ſi eſſet ſubiecta Iuriſdictioni D. Iuſdicentis, & non eſſet ſoluendo, & in omnibus mulieribus venientibus ad iudicium, contra aliquem ſubiectum prędicto D. Iudici.

¶ *De modo citandi, & conueniendi illos, qui non habent perſonam legitimam ſtandi in iudicio, & de prouiſione illis fienda, & quod filiusfamilias poſſit eſſe procurator.* *Rub.* *VII.*

STatuimus, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli filijfamilias maiores annis vigintiquinque, ſiue habitauerint cum Patre, vel Auo, ſiue ſeorſum, poſſint & valeant agere experiri, & conueniri; ac ſe defendere in iudicio, perinde ac ſi eſſent Patresfamilias, & intelligatur habere legitimam perſonam vtroq; caſu ſtandi in iudicio, propter hoc tamen



men nullum pręiudicium generetur patri, vel illi, in cuius poteſtate eſſet, reſpectu vſusfructus, niſi ipſo citato in omnibus actis, vel niſi ſuum præſtiterit conſenſum ſtandi in iudicio.

¶ Si verò fuerit pubes maior annis quatuordecim, minor tamen xxv. tunc requiratur perſona vtriuſque, vz. filijfamilias, & illius in cuius poteſtate erit, vel Procurator conſtitutus ab ambobus, quo caſu ad reſpodendum poſitionibus, poſſit Iuſdicens, ſi ſibi videbitur, pronuntiare per ſolũ Patrem, vel Auum reſpodendum eſſe.

In minoribus verò annis xiiij. ſufficiat ſola pſona illius, in cuius põtate erit.

Cęteri vero minores, vel alię perſonę, curatore indigentes, non exiſtentes in alterius poteſtate, non audiantur in iudicio, in agendo, vel excipiendo per ſe, ſed per eorum Tutores, Curatores, vel Actores, & Procuratores generaliter, vel ſpecialiter conſtitutos.

¶ Ordinantes, ꝙ ſi de cętero contigerit moueri alicui pupillo, vel minori, vel furioſo, vel mentecapto, aut ſimili perſonæ carenti tutore, vel curatore, aliquã litem, cauſam, vel controuerſiam, ne talis perſona indefenſa remaneat, teneatur, & debeat agere volens contra aliquem ex prędictis ipſis talibus etiam citatis ſemel perſonliter, vel bis ad domum, citari facere aliquos ex eius proximioribus agnatis, vel cognatis, vel, ipſis deficientibus, vicinis eorundem, & vnà cum ipſis, vel ſaltem legitimè citatis, inſtare, & requirere coram Iudice competenti, ꝙ ipſi, contra quem litem mouere voluerit, detur & decernatur per dictum Iudicem Tutor, vel Curator idoneus ſecundum conditionem perſonæ, cui decernendus erit, generalis, vel ſaltem ſpetialis cum ſolennitatibus opportunis ad litem prędictam, cum quo poſſit iudicium fieri, & qui iura illius, cui dabitur, teneatur defendere. Qui Iudex teneatur infra decem dies continuos à die requiſitionis ſibi factæ connumerandos, prouidere eidem de Tutore, vel curatore idoneo vt ſupra ad dictam tutellam, ſeu defenſionem faciẽdam, etiã compellendo vbi ſibi viſum fuerit, ipſos Curatore, vel Tutore indigentes, ſeu carentes, & illos agnatos, cognatos, vel affines, captis pignoribus, & mulcta indicta, & ipſis deficientibus, vnum ex vicinis dicti pupilli, vel minoris, poſſit tamen, & teneatur dictus Iudex, in contumaciam dictorum minorum, & carentium, vt ſupra, dare ſibi Tutorem, vel Curatorem ad inſtantiam vt ſupra, & dictum Tutorem, vel Curatorem compellere ad acceptãdum infra tempus triũ dierum, ſi non habuerit legitimam excuſationem, mulcta indicta, & captis pignoribus, & poſſit dictus Iudex, & teneatur obligare dictos minores carentes, vt ſupra, & eorum bona pro conſeruatione indemnitatis fideiuſſoris pręſtandi ab ipſo Tutore, vel Curatore, & quod talis Tutor, vel Curator, vt ſupra, ſic datꝰ in contumaciam, intelligatur, & ſit legitimè datus, & decretus.

¶ Adijcientes filiumfamilias, abſque conſenſu patris, ad iudicia Procuratoris conſtitui poſſe.

¶ De

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

*¶ De expenſis contumaciæ reficiendis per contumacem.* Rub. VIII.

STatuimus ꝙ ſi reus citatus non comparuerit ꝓ prima citatione & in primordio litis, poſſit pignorari, occaſione contumaciæ, reſpectu dictæ primæ citationis, & pro expenſis ipſius contumaciæ reficiendis, vt tedio affectus compareat, declarantes, quod pro alijs contumacijs ſequentibus in ipſa cauſa, non poſſit nec debeat contumax pignorari.

Si verò comparuerit Reus, & actor non, ſed fuerit contumax, tunc actor poſſit pignorari pro expenſis dictæ contumaciæ, & vlterius teneatur ſoluere Reo citato, ſold. quinq; pro eius damno, & intereſſe, & non audiatur, niſi prius refectis expenſis ipſius contumaciæ, & ſolutis dictis ſoldis quinque.

*¶ De modo procedendi in cauſis, non excedentibus ſummam ſoldorum quadraginta, ac collectarum, & ſalis, & eas terminandi.* Rub. IX.

STatuimus ꝙ in quęſtionibus, & cauſis non excedentibus ſummá ſoldorum quadraginta, & pariter in cauſis collectarum, & ſalis, debeat Iuſdicens intelligere, cognoſcere, decidere, & terminare ſine aliqua ſcriptura, vel expenſa, remoto etiam cauſidicorum ſtrepitu, & etiam extra tribunal iuris, & prout ſibi placuerit, habendo tamen Deum p̃oculis, ét decidendo per prȩſumptiones, & indicia, & ꝑ ſacramentum, arbitrio ipſius Iudicantis, & ét tempore feriato, dũmodò non ſint feriæ in honoré Dei.

*¶ De modo procedendi in cauſis à quadraginta ſoldis ſupra, non excedentibus ſummam librarum quinquaginta.* Rub. X.

STatuimus, ꝙ in cauſis à quadraginta ſoldis ſupra, ſummam, vel ȩſtimationem lib. quinquaginta non excedentibus, & ſimiliter in cauſis ſui natura ſummarijs, vel ex forma Reſcripti, vel p̃nti Statuti, procedatur ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſufficiat qualis qualis petitio, & facti narratio redacta àpud acta, ex qua colligatur quoquo modo intentio agentis, & nulla litis conteſtatio requiratur, nec proceſſus publicatio.

Et facta petitione, & Reo pri⁹ citato, ſi Reus contumax fuerit, poſſit pignorari iuxta formam traditam ſupra. De expenſis contumaciæ reficiédis, vt tedio affectus veniat reſponſurus.

Reo autem comparente, & confitente, vel alio caſu, habito pro confeſſo fiat ei prȩceptum de ſoluendo iuxta formá traditá in Statuto, ſub Rub. De cõfeſſis.

Si autem Reus prȩſens in iudicio fuerit, & copiam illius voluerit, eam ſum-





ptibus ſuis, hoc eſt ipſius Rei ipſam volentis, accipiat.

Si autem fuerit abñs, tunc ſufficiat notificari eidem productionem ipſius petitionis per Nuncium publicum, expenſis ipſius Actoris.

Et facta petitione, vt ſupra, & notificatione prȩdicta in cõtinenti intelligatur eſſe ſtatutus terminus quatuor dierum ipſi Reo ad reſpõdendum, & excipiendum quicquid voluerit, & potuerit. Quibus elapſis, ſiue Reus negauerit, vel non reſponderit, ſtatutus eſſe intelligatur terminus vtriq; parti duodecim dierum continuorum, & tunc proximè futurorum ad probandum, & probatum hñdum per omne genus probationum, & producendum omnia inſtrumenta; & iura, quæ producere, & probare voluerit; Quo termino finito, omnia iura ipſa intelligantur eſſe, & ſint publicata, & aperta; & fiat, & fieri poſſit copia petenti; & nihilominus ſtatutus ipſo iure ſit & eſſe intelligatur terminus octo dierum proximè futurorũ tunc vtriq; parti, ad opponendum, & reprobandum, & reprobatum hñdum quicquid velit: Quo termino finito, & tranſacto; ſtatutus ſit ipſo iure, & eſſe intelligatur terminus quatuor dierum proximè futurorum tunc vtriq; parti ad allegandum, & allegare faciendum, ſi aliqua pars allegare voluerit. Quo termino finito, ſtatutus ſit ipſo iure terminus ſex dierum proximè futurorum, tunc actor ad prȩſentandum D. Iuſdicenti proceſſum, & ſcripturas cãæ, & inſtare poſt prȩſentationem ipſam, cauſam expediri per ipſum D. Iuſdicentem: in quo termino Notarius cauſæ teneatur dare, & tradere, vel offere cum effectu copiam totius proceſſus parti petenti dictũ proceſſum, recepta tamen competẽti mercede, & tam tempeſtiuè, ꝙ dictus proceſſus poſſit prȩſentari in dicto termino, Iudici, ſub pœna Notario contrafacienti ſoldorum quadraginta, & vlterius ad damna & intereſſe parti exindè lȩſȩ teneatur, in quo termino proximè dicto, ſi dictus actor non fecerit, nec inſtiterit vt ſupra, inſtantia actori ſit perempta, expirata, & ſopita, niſi aliquo defectu probabili, & iuſto non feciſſet, nec inſtitiſſet vt ſupra, quo caſu declaramus durante dicto defectu, tempus non currere, & vlterius ipſe Actor cóndemnetur Reo in expenſis, quas reficere teneatur, antequàm ſuper alia inſtantia audiatur, & alias quandocunque pars inſtiterit; decernentes quod ſi dictus actor infra dictum terminum vt ſupra, dictum proceſſum, dictaſquè ſcripturas dictæ cauſȩ p̃ntauerit D. Iuſdicenti, & inſtiterit poſt dictam p̃ntationem, ipſam cauſam expediri, dictus D. Iuſdicens teneatur, & debeat ſuam protuliſſe ſententiam diffinitiuam claram, & certam, & dictam cauſam terminaſſe dicta ſua ſententia, infra terminum decem dierum continuorum proximè futurorum à die dictæ p̃ntationis proceſſus, & ſcripturarum: & ſi dictus Dominus Iuſdicens dictam ſuam ſententiam non protulerit, & non terminauerit ipſam cauſam vt ſupra in dicto termino, inſtantia ipſi Dño Iudici perempta ſit, & teneatur parti exindè lȩſæ ad omnia eius damna, expenſas, & intereſſe; & vlterius incurrat ipſo iure pœnam lib. quinquaginta appl. pro dimidia Duc. Cam. & pro alia dimidia



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

Communitati prędictæ.

¶ Adijcientes, ꝙ cauſæ mercedis conuentæ, vel non, ſiue ſalarij, vecturæ equorum, ſiue alterius animalis, vel rei, penſionis, ſiue affictus, adminiſtrationis, ſiue Tutellæ, ſiue curæ, ſiue geſtionis Ruſticæ, vel vrbanæ, ſiue ſocidæ, & in cauſis hoſpitalium, Mezadrorum, & laboratorum quoruncunque, & miſerabilium perſonarum, procedatur, & procedi debeat de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, ac celerrime arbitrio D. Iudicis, nõ obſtantibꝰ in hac vltima parte ferijs, dummodò non ſint feriæ in honorẽ Dei.

¶ *De modo, & forma procedendi in cauſis maioribus.* *Rub.* *XI.*

DIſponimus quòd in cauſis, vel litibus excedentibus ſummam, vel æſtimationem lib. quinquaginta verè, vel veriſimiliter quantęcúque ſint quantitatis, ad inſtantiam actoris citetur Reus prout ſupra de modo citãdi, & ſi comparuerit, & legitimam perſonam ſtãdi in iudicio habuerit, & confeſſus fuerit, ſeruetur diſpoſitio ſtatuti inferius poſiti, De confeſſis.

¶ Si verò litigare voluerit, producatur petitio in ſcriptis, & Reo per Iudicẽ eius copia decernatur, eiquè ſtatuatur terminus quinq; dierum ad reſpondendum à die datæ, vel oblatæ cum effectu copiæ ſumptibus Actoris.

¶ Et dicto domino Iudice decernente, & ſtatuente, vel nõ, nihilominus decreta copia, & ſtatutus terminus prędictus eſſe intelligatur; & ſi in dicto termino ꝑ ſe, vel aliam perſonam legitimã comparuerit, & oppoſuerit aliquam exceptionem ex his, quæ impediunt litis ingreſſum, vel etiam aliquam ex peremptorijs, vel dilatorijs, vel etiam inepti libelli exceptionem, fiat, & fieri debeat ſuper exceptionibꝰ, & circa eas, prout diſponitur in Statuto ſub Rub. De exceptionibus, & dicto termino finito, ſiue ipſe reſponderit petitioni, ſiue non reſponderit, lis ſit conteſtata, & pro conteſtata hebeatur, & ſi quid de ſaramento calumniæ diceretur, in eo, & circa id ſeruetur Statutum ſub Rub. De ſacramento caluminæ: & poſt conteſtationem litis, vel habitam pro conteſtata, Iudex ſtatuat immediatè vtrique parti terminum viginti dierum vtilium, ad deducendum, excipiẽdum, producendum, probandum, & probatum habendum per omne genus probationum, quicquid ipſæ partes probare voluerint, volentes quod ſi vlla pars proteſtata fuerit, quod teſtes non examinentur abſq; ſuis interrogatorijs, ꝓducens capitula, teneatur dare copiam illorum parti ſic proteſtanti, quæ pars teneatur infra terminum trium dierum à die datæ, vel oblatę copiæ, cum effectu, Iudici ſua interrogatoria p̃ntare, & Iudice ſtatuẽte, vel non dictum terminum viginti dierum immediatè poſt dictam litis conteſtationem, ſtatutus eſſe tamen intelligatur, & poſſit prorogari tantùm pro teſtibus, & inſtrumẽtis, qui & quæ eſſent extra poteſtariam Sextulæ, quo termino elapſo,



elapſo, omnia ſint, & eſſe intelligantur publicata, & aperta, ita quod de eis poſſit fieri copia partibus; Et ſtatutus eſſe intelligatur ipſo iure terminus duodecim dierum vtilium vtriq; parti ad reprobãdum teſtium perſonas, & ipſorum dicta, & ad opponendum quibuſcunque geſtis, probatis, & productis in cauſa: & Notarius cauſæ teneatur infra terminum ſex dierum continuorum poſt lapſum dicti termini probatorij, & ad inſtantiam partis, copiam proceſſus, & atteſtationum dare, vel offerre parti reprobare volenti, recepta tamen competenti mercede ſua; ſub pœna ſoldorum quadraginta, parti reprobare volenti appl. & talis datio, ſiue oblatio facta, ꝑ ipſum Notariũ cauſæ, vel per vnum ex Nuncijs publicis Curiæ Sextulæ, notetur in actis, & credatur Notario: & Iudex ex aliqua iuſta cauſa, poſſit terminum, ad exhibẽdum ſupradictã copiam, prorogare, & quanta fuerit huius termini prorogatio, tanta ſit ipſo iure prorogatio illius termini reprobatorij, nec factum Notarij noceat reprobare volẽti. Et elapſo ſupradicto termino reprobatorio, omnia & ſingula in eo ſint, & eſſe intelligantur publicata, & aperta, & de eis poſſit fieri copia partibus.

Et ipſo termino elapſo, ſtatutus eſſe intelligatur ipſo iure terminus ſex dierum continuorum vtrique parti ad allegandum, ſeu allegari faciendum, ſi aliqua pars allegare voluerit. Quo termino elapſo iure ipſo ſtatutus eſſe intelligatur terminus vtrique parti quinque dierum continuorum ad petendum cauſam committi conſilio Sapientis, & Iudex teneatur committere, vt infra, De conſilio Sapientis habendo.

Quo termino decurſo, & non petito conſilio, ſtatutus ſit, & eſſe ipſo iure intelligatur terminus quindecim dierum continuorum tunc prox. futurorũ ipſi actori ad p̃ntandum Dño Iudici proceſſum, & ſcripturas cauſæ, & inſtandum cauſam expediri, in quo termino Notarius cauſæ teneatur dare, vel offerre copiam proceſſus integram parti petenti, recepta tamen competenti mercede ſua, & tàm tempeſtiuè, quòd dictꝰ proceſſus poſſit p̃ntari in dicto termino D. Iudici, ſub pœna prędicta appl. vt ſupra: in quo termino prox. dicto, ſi dictꝰ actor nõ fecerit, nec inſtiterit, vt ſup. inſtantia ipſi actori ſit perempta, & ſopita adeò, ꝙ ex eiſdem actis, & actitatis certa non poſſit ferri ſententia, & actor cõdemnetur Reo in expenſis, quas reficere teneatur, antequàm audiatur in alia inſtantia, niſi aliquo defectu probabili, & iuſto per Iudicem declarando, non feciſſet nec inſtitiſſet actor vt ſupra, quo caſu declaramus; durante dicto defectu, tempus non currere. Sed ſi in prędicto tempore quindecim dierum, actor p̃ntauerit proceſſum, & inſtiterit, teneatur ipſe Iudex per ſuã diffinitiuam ſententiam claram, & apertam, & non confuſam ſecundum acta & probata, terminare cauſam infra terminium quindecim dierum continuorum numerandorum à die dictæ pręſentationis proceſſus, & ſcripturarum cauſæ factæ ipſi D. Iudici per vnam ex partibus, vel ambas, ſub pœna ducatorum vigintiquinque pro dimidia Ca. Duc. appl. & ꝓ alia dimidia dictæ Cõitati, & de tali ſcriptura-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

rũ, & proceſſus pñtatione Notarius cauſæ teneatur in actis ſcripturam facere.

Et nihilominus ſi non terminauerit dictam cauſam vt ſupra, inſtantia perempta ſit ipſo Domino Iudici, & teneatur ad refectionem damnorum, expenſarum, & intereſſe parti, & de hoc poſſit Syndicari.

Volentes quòd de tali proceſſus, & ſcripturarum prǫſentatione Notarius curiæ teneatur in actis ſcripturam facere.

Diſponimus etiam, ꝙ ſi aliqua partium allegauerit, ſe habere teſtes ſeu probationes, vel inſtrumenta extra dictam Poteſtariam D. Iudex poſſit terminum prǫdictum tàm probatorium, quàm reprobatorium prorogare, dilatare & ampliare competenter tamen, conſiderata locorum diſtãtia, & itineris diſcrimine, quo termino reſpectu itineris tantùm pendente, non currant termini ſupra ſtatuti, nec inſtantia ipſius cauſæ, prius tamen prǫſtito ſacramento calumniæ per partem petentem, & allegantem ſe habere teſtes, ſeu probationes, vel inſtrumenta extra dictam Poteſtariam, & quod nõ id petitur aĩo protellandi litem, nec aĩo calumniæ, & in hoc caſu teneatur Iudex committere, ac dirigere lr̃as examinãdi per illum officialem, ſub cuius iuriſdictione dicantur tales eſſe teſtes; & ſi pars, quæ talem terminum petierit prorogare, & in termino prædicto aliquos teſtes examinare non fecerit, in dicto loco, & dicta teſtium corã ipſo D. Iudice, vel inſtrumenta nõ produxerit infra dictum prorogatum terminum, vel ſaltem ipſi Domino Iudici fidẽ nõ fecerit, ſe feciſſe quicquid potuit, vt prǫdicta faceret, ſaltem per literas Rectoris, ſub cuius iuriſdictione prǫdicta habere dicebat, tunc ipſa pars condemnetur, & condemnata eſſe intelligatur in lib. tribus appl. pro dimidia Cam. Duc. & pro alia dimidia parti aduerſæ: & ſi in aliquo ex dictis terminis probatorio, vel reprobatorio, per aliquam partium fuerint productæ aliquæ poſitiones cum iuramento calumniǫ, & inſtitum fuerit ipſis reſponderi ſecundum formam Statuti De poſitionibus, ſi pars reſpondere debens fuerit contumax in non reſpondendo, tunc termini ſupradicti, & inſtantiæ non currant, ſed ſtent in ſuſpenſo, niſi demum lapſis terminis, de quibus in Statuto, ad reſpondendum poſitionibus; quib⁹ lapſis, currant termini, & inſtantiæ prǫdictæ; & inſtrumẽta quǫcunq; poſſint produci, in vtroque termino, probatorio, vz. & reprobatorio; & valeant, ſi producẽs in termino reprobatorio, iurauerit ſe ipſa per prius habere non potuiſſe, vel de eis non habuiſſe notitiam & cognitionem.

¶ *De exceptionibus.* *Rub.* *XII.*

STatuimus, ꝙ de exceptionibus impedientibus ingreſſum litis, & de qualibet earum oppoſitis, in termino ad reſpondendum petitioni, anteq̃ ad vlteriora procedatur, fiat determinatio infra quinq; dies continuos numerãdos, à die oppoſitionis, & ſi negligentia Iudicis





requiſiti p alteram ex partibus, ipſa determinatio facta non fuerit, Iudex ipſe incidat in pœnam lib. trium March. parti inſtanti appl. & nihilominus, teneatur terminare infra alios tres dies tunc proxime futuros, ſub pœna dupli appl. vt ſupra ſi negligens fuerit, & nõ aliter. Decernimus autem, quod quǫlibet exceptio & q̃libet replicatio ex peremptorijs, vel dilatorijs, vel etiam inepti libelli, oppoſita, ſit ſalua tempore diſputationis, & diffinitiuæ ſententiæ, & vſq; in finem litis vtriq; parti. Quæ exceptiones, & replicationes ſic reſeruatǫ, vel aliæ poſtea oppoſitæ, reiectæ eſſe intelligantur, ſi de ipſis in ſententia ſuper cauſa principali ferenda nulla mentio facta fuerit.

¶ Diſponẽtes, quòd ſi aliqui termini ſtatuti, vel ſtatuendi aliquibus, in quibuſcunque cauſis, ſeu caſibus, tàm ex forma prǫſentiũ Statutorum, q̃ p ipſum Dominus Iudicem, inciderent in dies feriatos, & in ferias, tàm in honorẽ Dei, quã ob neceſſitates hoĩum inductos, & inductas, quæ feriæ, & qui dies eſſent feriati vltra duos dies, tunc, & eõ caſu reſtitutio dictorum terminorum in totum, ſi in totum inciderent in ferias, aut pro ea parte dierum, qui in ipſas incidiſſent, fieri poſſit, & debeat cuilibet parti, vel ei qui voluerit; & tot dierum iuridicorum reſtitutio fiat, quot dierum in ipſas ferias, & dies feriatos incidiſſent de ipſis terminis; & ipſa reſtitutio vt ſupra, vigore prǫſentis Statuti, ac bñficio cuilibet parti cõceſſa eſſe intelligatur, & data, ac impetrata in prǫdictis caſibus.

¶ *Quod in omnibus terminis, tàm per D. Iudicem, quàm ex forma prǫſentium Statutorum prǫfixis, partes intelligantur monitæ.* *Rub.* *XIII.*

ORdinamus etiam pro minori impenſa litigantium, ꝙ in omnibus, & ſingulis terminis, & dilationibus prǫfixis, & ſeu aſſignãdis, tàm per D. Iudicem, quàm ex forma prǫſentium Statutorum, ad vidẽdum iurare teſtes, produciq; capitula, libros, poſitiones, & q̃libet inſtrumenta, & ad videndum, ſeu audiendum fieri quǫcunq; neceſſaria, & ſeu occurentia in cauſa, partes intelligãtur ſemper eſſe monitæ pro ſingulis diebus, & horis ad intereſſendum in eo loco, vbi actus fieri debet, & omnia, & ſingula teneant, perindeac, ſi pars fuiſſet prǫſens, vel legitimè citata. Adijciẽteſquè, quòd omnes, & ſinguli termini tàm aſſignati per prǫſentia ſtatuta, quàm aſſignandi per D. Iudicem ex forma prǫſentium Statutorum, de quibus in prǫſentibus Statutis, qui non fuerint declarati vtiles ſint, an continui, ſint & intelligantur eſſe continui, & ſi vltima dies termini inciderit in diem feriatam, ſequens dies non feriata ſit, & eſſe intelligatur vigore prǫſentis Statuti de terminis.

¶ *Quòd inſtantia perempta confeſſiones partium non expirent.* *Rub.* *XIIII.*

DIſponimus etiam, quòd licet inſtantia cuiuſlibet queſtionis expiret, confeſſiones tamẽ partium, & depoſitiones teſtium, & acta nõ expirẽt, etiam

ſi atteſtationes non fuerint in prima inſtantia publicatæ, ſed perinde valeant, ac ſi inſtantia duraret, vel non eſſet finita, & in alia inſtantia produci poſſint, & eis vti poſſint, ac valeant & proſint producenti, & de nouo alia inſtãtia inchoari poſſit; quæ durare non poſſit vltra tempora in prę́ſentibus Statutis prę́fixa, ſaluo ſi per viam compromiſſi ſuſpenſa fuerit, quo durante, cauſæ inſtantia non currat in aliqua cauſa principali, ſiue appellationis.

¶ *De modo, & forma procedendi contra contumacem.* *Rub.* *XV.*

QVoniam, contra contumaces omnia iura clamant; ſtatuimus, quòd quilibet creditor, qui creditum ſuum à debitore ſuo, vel in bonis exigere voluerit, primo debitorem ipſum, vel eius hę́redem certum, vel incertum citari faciat, & requiri ſecundum formam prę́ſentium Statutorum; & ſi debitor, vel eius hę́res cõtumax fuerit, vel legitimè citatus non comparuerit, tunc teneatur ipſe creditor accuſata prius contumacia, & facta pignoratione, & prout diſponitur per Statuta noſtra, ſi ſibi placuerit, ſuam porrigere petitionem coram Iudice, & eam legitimè notificare; & ſi elegerit contra ipſum debitorem ſuum velle procedere vſque ad diffinituam ſententiam incluſiuè, ac ſi comparuiſſet, iterum citari faciat ipſum debitorem; & tunc, ſi cauſa ſit ſiue minor, & ſummaria, ſiue maior, & ordinaria, procedatur ſecundum formam noſtrorum Statutorum diſponentium ſuper dictis cauſis, ſingula ſingulis congruè referendo, volentes tñ, quòd quando in cauſis procedetur contra contumacem ad diffinitiuam ſententiam, non poſſint poſitiones pronuntiari pro confeſſatis, nec haberi ſecundum formam Statutorum de poſitionibus, niſi tali contumaci perſonaliter prę́ſentatæ fuerint, cum comminatione, de qua in dicto Statuto de poſitionibus fit mentio.

¶ Vel ſi Actor breuiori via vti voluerit, poſt porrectionem ſuæ petitionis coram Iudice, & eius notificationem vt ſupra, iteratò citari faciat ipſum debitorẽ contumacem ſub comminatione, ꝙ ſi non venerit ad iudicium, actor mittetur in poſſeſſionem bonorum ipſius Rei, & Reo in contumacia perſeueranti Iudex committat, & faciat induci actorem in poſſeſſionem bonorum ipſius Rei, primò mobilium, ſecundò immobilium, tertiò nominum debitorum, ſi mobilia, aut immobilia non ſufficiant, & tenuta non vitietur, ſi in plus, aut minus accepta fuerit, quam ſit quantitas petita, in qua tenuta, & poſſeſſione ex primo decreto, ſtet actor per quindecim dies, quibus elapſis citetur Reus, ꝙ infra decem dies cõtinuos à die citationis, & relationis, compareat coram Iudice ad videndum fieri probationes actoris, vz. teſtes iurare, inſtrumẽta produci, & alia fieri neceſſaria circa probationes.

¶ Item ad videndum ę́ſtimari prę́dicta bona per ę́ſtimatores per Iudicem





eligendos, & ad opponendum ne prę́dicta bona adiudicentur, & in ſolutum dentur Actori pro quantitate petita, & expenſis. Qua citatione facta, & eius relatione in actis legitimè notata, Actor exhibeat probationes ſuas, quæ ſi non valeant arbitrio Iudicis, de quo in actis curiæ, inſtante parte, appareat, Reus abſoluatur à petitis, & ab inſtantia iudicij: Si verò validæ ſint, per Iudicem ad inſtantiam actoris eligantur duo æſtimatores, qui cum iuramento ſuo prę́dicta bona ę́ſtimẽt, & æſtimatio ꝑ Notarium curiæ Sextulæ ponatur in actis. Quibꝰ decem diebꝰ elapſis, ꝑ Iudicem bona adiudicẽtur actori ꝓ concurrenti quãtitate, & pro expenſis, & Reus poſt talem adiudicationis ſententiam veniens non audiatur in cauſa principali, ante vero veniens quandocunque admittatur, refectis tamen in primis actori expenſis contumaciæ.

In iudicijs verò realibus, vel eorum naturam ſapientibus, ſimiliter citetur Reus vt ſupra, & petitio ſecũdum diſpoſitionem noſtrorum Statutorum producatur; & Iudex faciat iterum citari Reum ſub comminatione, quòd eo non veniente, faciet induci actorem in poſſeſſionem rei petitæ, & hę́c citatio fiat ſecundum formam prę́ſentium Statutorum, & reo in contumacia perſeuerã te, actor hoc petens mittatur in poſſeſſionem Rei petitæ; Quam poſſeſſionem Reus veniens ad iudicium recuperare poſſit infra quadraginta dies continuos, numerandos à die immiſſionis factæ, & Reo legitimè intimatæ, refectis tamen expenſis factis per actorem vſq; ad illam diem, & prę́ſtita fideiuſſione ſecundũ formam iuris, de lite proſequenda: & ſi contigerit actore interim fructus percepiſſe, de eis Reo recuperanti poſſeſſionem reſpodeat, ſecundum iuris diſpoſitionem, quibus elapſis, & Reo non comparente, & conſtito de iure agentis, actor efficiatur verus poſſeſſor, & ipſius rei fructus lucretur.

Vel ſi actor elegerit quód pignoretur, mandetur pignorari, ita quòd tedio affectus veniat reſponſurus. Vel ipſo eligente, ꝙ procedatur ad vlteriora, ſiue Reus ſit pignoratus, ſiue nõ, dummodò Reus ſit citatus cum comminatione, quòd, eo non veniente, procedetur ad vlteriora; Iudex pronunciet ad vlteriora procedendum eſſe, etiam Reo abſñte, citato tamen legitimè, & ex ea pronũtiatione facta, lis habeatur pro conteſtata, & fiat vt ſupra ſtatutum fuit in iudicijs perſonalibus & nulla tenuta detur vel dari poſſit, nec pignus accipi per aliquẽ de aliquibus bobus aratorijs, neque de zappis vel alijs inſtrumentis aptis ad agriculturam, neque de aliquibus libris: eo ſaluo, quòd ſi non reperiatur de alijs bonis debitoris, de quibus poſſit creditori ſatisfieri, quod tunc pignus poſſit accipi, & tenuta dari de rebus prę́dictis, & ſi aliter ſecutum fuerit non valeat ipſo iure, & hoc vltimum, locum habeat ſolum in diſtrictuàlibus.

¶ *De modo & forma recuperandi tenutam vel pignus per contumacem.* *Rub. XVI.*

STatuimus, quòd quando occaſione contumaciæ accipitur tenuta, vel pignus, Reus comparens ad recuperandum tenutam, vel pignus, non teneatur re-

tur reficere expenſas factas per partem aduerſam in procuratore, vel aduocato, in toto, vel in parte, ſed ſolum expenſas Notarij curiæ, ſeu cauſæ & nunciorum, & ipſis tantum refectis, reuocetur tenuta, & pignus reſtituatur in caſibus, in quibus debet fieri reſtitutio ſecundum Statuta noſtra, & ſaluis expẽſis procuratoris, & aduocati tempore diffinitiuæ ſententiæ, ſi tunc de iure debebunt venire ratione victoriæ.

¶ *De Sacramento calumniæ.* *Rub.* XVII.

STatutum eſt, quòd ſacramentũ calumniæ pręſtari poſſit in qualibet parte iudicij, dummodò pręſtetur ante ſentẽtiam, & ſi aliqua ex partibus iurauerit de calumnia, & petierit per alteram partem iurari debere teneatur illa pars iurare, & ſi nõ iurauerit ante ſententiam vt ſupra ſuccumbat, & iudicium ſit nullum ꝑ eius parte, & pręſens Statutum vendicet ſibi locum, ſi ille, qui petierit iurari, fecerit de hoc particularem petitionem viua voce parte pręſente, & intelligente, & non ſufficiat producere ſcripturam in qua hoc petatur, niſi viua voce hoc petatur, & ſi pars fuerit abſens, tamen citata, vel monita ad hoc, tunc fiat notificatio eidem abſenti perſonaliter, vel ad domum de ſupradicta petitione, & aliter petitio iuramenti facta non teneat, & non teneatur aduerſarius iurare, niſi vt ſupra petitum fuerit.

¶ *De confeſſis.* *Rub.* XVIII.

QVoniam in confeſſum nullæ ſunt partes Iudicis niſi in condemnando, diſponimus quòd ſi citatus comparuerit, & confeſſus fuerit, ſtatuatur ei terminus decem dierum ad ſoluendum quãtitatem, ſi quantitas fuerit in confeſſione, & qñ tempus ſoluẽdi venerit fiat vt infra, de executione pręcepti in confeſſum.

Si verò aliquid factum ſeu fiendum, ſtatuatur talis terminus arbitrio Iudicis, quo illud factum, ſeu fiendum fieri poſſit, ita tamen quod talis terminus non ſit minor decẽ dierũ, ſed poſſit eſſe maior ꝓut per Iudicẽ arbitratũ fuerit.

Si autem aliquæ res fuerint in confeſſione, quæ ſint reſtituendæ, ſtatuatur terminus quinq; dierum ad reſtituendum, quo elapſo, ſi non reſtituerit, auferatur per vnum ex Nũcijs publicis, vel plures, prout opus fuerit, ſi res erit mobilis, & inueniatur, vel detineatur ipſe confitens, donec reſtituerit, prout actor elegerit. Si verò non inueniatur culpa ipſius, iuretur in litẽ, citato ad hoc Reo, & pręmiſſa Iudicis taxatione, & poſtea grauetur vt infra, de executione pręcepti in confeſſum. Si verò illam abſque culpa ſua poſſidere & habere deſierit, teneatur ad ęſtimationem eius, & iuretur in litem, & per Iudicem tale iuramẽtũ

taxetur,



taxetur, & executio fiat vt ſupra, & infra, de executione pręcepti in confeſſum.

Sed ſi res immobilis fuerit in confeſſione, tunc actor poſſit authoritate propria tenutam, & corporalem poſſeſſionem accipere, cum licentia tamen Iudicis coram quo lis eſt, & per Iudicem in ea manuteneatur.

¶ *Quod pignora accepta non poſſint ſuppignorari, nec ſequeſtrari, niſi pro cauſa, pro qua fuerint accepta.* *Rub.* XIX.

STatuimus, ꝙ pignora accepta per Nuncios curiæ Sextulæ, non poſſint ſuppignorari, nec detineri, niſi pro cauſa, vel cauſis, pro qua, vel quibus fuerint accepta, nec conuerti in aliam cauſam, nec poſſint ad inſtantiam alterius creditoris ſequeſtrari apud officium, ſub pœna lib. quinque appl. pro dimidia Duc. Çam. & pro alia dimidia Communitati prędictæ.

¶ *De pręparatorijs iudiciorum, ſeu interrogationibus fiendis ante litem conteſtatam.* *Rub.* XX.

QVoniam quandoq; per actores, ſeu agere volentes fiunt interrogationes ad preparationem iudicij, quibus petitur à Iuſdicente, vt faciat Reum reſpondere, idcircò Statuimus, quòd vbi producenda ſunt huiuſmodi pręparatoria, ſeu interrogationes, Reus citetur vt ſupra, De modo citandi, vt compareat ad reſpondendum pręparatorijs producendis contra eum, per talem nominandum in ipſa citatione, cui comparenti Iudex deferat iuramentum de veritate dicenda, & poſtea pręcipiat ei, vt clarè, & ſufficienter reſpondeat, alias hẽbitur pro confeſſo, vel negante, prout vtilius fuerit actori, & ita habeatur, & per Iudicem haberi pronuncietur.

Si clarè, & apertè, & ſufficienter noluerit reſpondere, lectis ſibi per Iudicem, vel Notarium cauſæ de mandato ipſius Iudicis, ad ſui claram intelligentiam, ipſis pręparatorijs, & dixerit ſe non eſſe informatum, & petierit terminum ad ſe informãdum, & reſpondendum, Iudex ex cauſa arbitratu ipſius Iudicis, ſufficienter moneat ipſum pro certa iuris hora proximè ſecutura, vt compareat ad illis deliberatè reſpondẽdum clarè, & ſufficienter, aliter habebitur vt ſupra, & ſic habeatur, & haberi pronuncietur.

Si verò non comparuerit, iterum mandato Iudicis citetur vt compareat ad reſpondendum clarè, & ſufficienter, alias hẽbitur pro confeſſo, vel negante, ꝓut melius conduxerit ipſi actori; & eo non comparente, habeatur, & ſic hẽri pronuncietur per Iudicem, & hęc locum habeant coram quocunque Iudice, & Arbitris, & Arbitratoribus, & in quibuſcunque pręparatorijs, excepto illo, quo quis interrogatur, an vellet eſſe hęres.

Tunc

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

Tunc enim ſi petat terminum ad deliberatè reſpondendum, ſtatuatur ei terminus decem dierum,& Iudice ſtatuente,vel non,ipſo iure ſtatutus eſſe intelligatur,quo elapſo,& nulla ſufficienter facta reſponſione, hebeatur pro hærede,vel repudiante,prout vtilius fuerit actori, & liceat ipſi habito pro hęrede, conficere inuentarium,& vti beneficio legis,& inuentarij,& ſm̃ formam iuris.

Sed ſi Reus fuerit minor,vel maior non habens perſonam legitimam ſtandi in iudicio, procedatur vt infra, in verſiculo Si autem is qui interrogandus.

¶Si verò adultꝰ, citetur vt compareat legitimè ad reſpondendum pręparatorijs;qui,ſi fuerit contumax, grauetur arbitrio Iudicis,& eo grauato,& perſeuerante in contumacia,ſi curatorem habeat,citetur ipſe curator,& fiat,vt infra dictum eſt, de pupillo tutorem habente.

Si autem non habeat curatorem,tunc detur vnus,vt diſpoſitum habetur infra de pupillo non habente tutorem.

¶ Si autem is qui interrogandus erit, pupillus fuerit, & hũerit tutorem generalem, citetur ipſe tutor ad reſpondendum interrogatorijs, & pręparatorijs prędictis, & compellatur reſpondere clarè, & ſufficienter captis pignoribus, & mulcta indicta in proprijs bonis ipſius tutoris, & creſcente contumacia ipſius tutoris, perſonaliter detineatur ipſe tutor, nec relaxetur donec reſponderit clarè,& ſufficienter dictis pręparatorijs,& interrogatorijs vni, vel pluribus.

¶ Si verò pupillus ipſe tutorem generalem non habuerit, tunc ei pupillo pręſenti, vel abñti, volenti, vel nolenti decernatur tutor ſpetialis in illa cauſa per officium Iudicis, conſilio tamen proximiorũ coniunctorum, ſi quos hũerit,non ſuſpectorum,qui,ſi citati adeſſe noluerint,nec conſilium ſuũ pręſtare, Iudex ſine ipſis decernere poſſit; Qui tutor ſit,vnus ex procuratoribus, Notarijs tamen Poteſtariæ Sextulæ expertus,ac bonæ opinionis,& famæ,arbitrio tamen ipſius Iudicis,cuius conſciẽtiam in hoc oneramus; & talis decretus tutor, teneatur acceptare tale offm̃, ceſſante tamen oĩ iuſto impedimẽto;& poſſit, ac debeat grauari ꝑ Iudicẽ, ad acceptandũ dictũ offm̃ mulcta indicta,& captis pignoribꝰ,teneaturq; ipſe tutor decretꝰ,iurare ſe,bona fide oĩq; ſtudio,& diligẽtia in cauſa ipſa ſe hẽre. Qui tutor ſpetialis teneatur,& poſſit cõpelli ꝑ Iudicem reſpõdere dictis ꝑparatorijs, remedijs, qbꝰ diſpoſuimus ſupra de tutore gñrali; & quæ ſupra diſpoſuimꝰ de pupillo, vendicẽt ſibi locũ in furioſo,mentecapto, ꝓdigo,& quibuſcunq; alijs ſimilibus, qui aliena gubernatione indigent, & ſi curatorem gñralem hũerit, compellatur ipſe curator reſpõdere dictis pręparatorijs, vt ſupra in tutore gñrali diximus, vbi autem non hũerit curatorem generalem, decernatur per Iudicem,inſtante actore ipſi furioſo, vel mentecapto, & cęteris vt ſupra curator ſpetialis,qui ſimiliter teneatur,& poſſit compelli reſpondere dictis pręparatorijs, & interrogatorijs, vt ſupra de tutore generali diſpoſuimus.

¶ Si autem fuerit abſens ille,qui petitur reſpondere à Poteſtaria Sextulæ, ci-





tetur modo, & forma de quibus ſupra in Statuto ſub Rub. De modo citandi habitantes in Poteſtaria, pñtes, vel abñtes: & ſi abſens venerit, pendente iudicio, poſſit proſequi iudicium in eo ſtatu, quo reperitur, firmis manentibus primis actitatis.

Et quicunque citatus in reali iudicio ad inſtantiam actoris coram Domino Iudice,reſpõderit ſe rem poſſidere,vel cõtumax, habitus pro confeſſo,vt ſupra, ſe ipſam rem poſſidere, nullo modo dictam rem, tãquam litigioſam effectam poſſit alienare,vel obligare vel aliquo titulo in aliũ transferre, clericum,vel laicum,donec cauſa fuerit terminata:Quod ſi fecerit,ipſo iure non valeat alienatio, nec ipſius rei tranſlatio, nec poſſeſſionis traditio, & nihilominus teneatur reſpondere, ac conueniatur, ac ſi ſemper peſſederit vt poſſediſſet; Quæ omnia locum habeant etiam ante reſponſionem, citatione facta in reali iudicio:quæ interrogatio,& reſponſio non pręiudicet quominus poſſit Iudicem recuſare.

¶ Mandantes quod quicunque fecerit aliquem citari in reali iudicio, poſt ipsã citationem,infra ſex dies teneatur petitionem ſuper ea re feciſſe,& cauſam proſequi infra inſtantiam per noſtra ſtatuta limitatam; quod ſi non fecerit, ipſa citatio pro nulla habeatur,& ſic liceat citato, alienationem,& obligationem ipſius rei,& poſſeſſionis tranſlationem pro libito volũtatis facere ipſa citatione, & pñi Statuto,ac in eo contentis,non obſtantibus;Si autem Reus dixerit ſe nõ poſſidere,& ꝓbatum fuerit ipſum poſſidere,ſeu poſſediſſe tempore citationis, ipſo iure omnis poſſeſſio illius rei, ſupra qua ipſe actor ipſum citatum conueniat, tranſeat in ipſum actorem petentem, & petere volentem.

¶ *De ſacramento prȩſtando ad inſtantiam partis,& de pœna deierantis.* *Rub. XXI.*

ORdinamus quod ſi contigerit aliquem in Iudicio ſtare velle ſacramento alicuius, ſuper aliqua quãtitate pecunię,ſeu re,vel facto aliquo, Iuſdicens teneatur compellere illum, cuius ſacramento pars velle ſtare dixerit, ad ipſum ſacramentum ſubeundum,vel referendum:Si modo factum ipſius, cui petitur defferri, vel referri ſacramentum, contineat, cuius ſacramenti, quod in principio cauſæ, vel antequàm probationes fiant,forma ſit,vz.vtrum quod petitur dari,vel fieri,ſit debitum; & alio modo iurare non cogatur pars, cui dictum iuramentum deffertur, vel refertur:& ſi ille, qui iurauerit, deierauerit, vel falſum fecerit ſacramentum,ſeu veritatẽ non reſpõderit,ſeu dixerit,& fuerit ſuper re,vel facto,aut quãtitate,quę,vel ꝙ dependeat ex perſona,vel facto ipſius iurantis, ſeu reſpondentis, & quod veriſimiliter ignorare non poſſit: & aduerſarius, hoc ſcilicet ipſum periuraſſe probauerit, quod probare poſſit infra decem dies proximè futuros, non obſtante quod dixerit ſe ſtare velle ſacramento talis reſpondentis, vel iurantis,vel referentis: ipſo facto, talis reſpondens,& deierans, pœnam lib.

decem March. incurrat: quam pœnam Iudex, qui dictum ſacramentum detulerit, omnino exigere teneatur ab ipſo reſpondente, realiter, & ſeu perſonaliter infra dies octo continuos proximè ſequentes poſt factam ſibi probationem prędictam abſque alia condemnatione ſuper hoc fienda; ſub pœna tantúdem ipſi D. Iudici contrafacienti irremiſſibilter auferenda, cuius pęnæ dimidia dictę Communitati, alia vero dimidia prędicto, qui dixerit ſe velle ſtare ſacramento aduerſarij vt ſupra, debeat applicari, & nihilominus dictum iuramentum ipſi iuranti, & deieranti nullum afferat commodum, & ex ipſo tali iuramento nullum pręiudicium generetur parti, contra quam iuratum fuerit; & ipſe Iudex modo aliquo hoc caſu criminaliter procedere non poſſit.

## ¶ *De poſitionibus, & earum reſponſionibus.* Rub. XXII.

DIſponimus, quòd in quibuſcunque cauſis ciuilibus, & etiam criminalibus, in quibus per accuſationem procedetur, fieri, & poni poſſint poſitiones; & ſi aliqua ex partibus produxerit in iudicio aliquas poſitiones in aliquo ex terminis probatorio, vel reprobatorio, pręmiſſo ipſius producentis iuraměto quod eas nō ponit, aut producit animo calumniæ, ſed credit eſſe veras, teneatur, & debeat is, contra quem ponũtur, & principalis perſona, & habilis ad iurandum de calumnia, ſi modo ſit pręſens in iudicio, monita per Iudicem, vt reſpondeat, pręſtito prius iuramento ab ipſo reſpondente quod ſecundum, & prout crediderit eſſe veritatis, reſpondebit, & veritatem non tacebit, reſpondere per verbum credit, vel non credit, confitetur, vel negat, purè, ſimpliciter, & clarè, ſine cōtradictione vlla vel additione, ore proprio, & non in ſcriptis, ſine pręſentia procuratoris, vel aduocati incontinenti, ſi dependebũt ex facto proprio reſpondētis, vel ſaltem die ſequenti, poſtquam ſemel ei mandatum fuerit per Iudicem vt reſpondere debeat.

Si verò pręſens non fuerit, citetur ſemel perſonaliter inuentus, vel bis ad domum, perſonaliter non inuentus, eius ſolitæ, & vltimæ habitationis ad reſpondendum dictis poſitionibus cum comminatione, quòd ſi non comparuerit, & non reſponderit, poſitiones pro confeſſatis pronunciabuntur, qui ſi comparuerit, reſpōdere teneatur vt ſupra; ſi verò non cōparuerit, vel ſi pręſens reſpondere voluerit, vel reſponderit, ſed non clarè vt ſupra, ipſe Iudex accuſata contumacia non reſpōdentis, & parte inſtante, teneatur, & debeat pronunciare, poſitiones ꝓ cōfeſſatis haberi, ſi fuerint pertinētes poſitiones, & intelligãtur pertinentes, niſi aliter per Iudicem fuerit declaratum, & ipſi pronunciæ, ſtetur.

Declarantes, quòd reſponſiones credit in quantum appareat vel non credit, niſi in quantum appareat, vel ſimiles, non admittãtur, etiam ſi dixerit, & aliter non credit; & debeat, quęlibet poſitio eſſe ſimplex, & continere vnicum factũ tantum,

tantum,



tantum, & ſi aliter fieret, & ei reſponſum fuerit, non valeat reſponſio, niſi fuerit diuiſa ante reſponſionem.

Et ſi aliquæ poſitiones fierent, quæ continerent factum alienũ, aut ex facto alteriꝰ dependeat, vel cōtineant factũ proprium de lōginquo, vel implicitum, vel intricatũ, tunc producens teneatur dare copiam earum illi, quem inſtat reſpondere debere, ſumptibus ipſius producentis, etiam ſi non fuerit petita, & ordinetur per Iudicem terminus arbitrio ipſius dicto reſpondere debenti, infra quem reſpondere debeat, etiam ſi non petierit reſpōdere debens terminum ad deliberandum; factis tamen primò reſponſionibus poſitionibus, quæ ex facto proprio reſpondentis dependeant.

Addentes, quòd producens poſſit, ſi velit, intereſſe reſponſioni fiendæ per aduerſarium poſitionibus: & quæ dicta ſunt in poſitionibus, vēdicent ſibi locum in capitulis loco poſitionum productis. Prouidentes etiam, ꝙ ſi poſitiones reperiantur eſſe productæ per actorem primò, & per Reum ſecundò, vel ècontra, vel ſimul eodem tempore, prius reſpondendum ſit poſitionibus actoris, etiam ſi poſitiones ſint vtriuſq; adinuicem de directò contrariæ, & ſi Reus fuerit abſens tempore litis motę cōtra eum, & extra dictam Poteſtariam, poſſit ipſius Rei procurator legitimus, qui in mandatis habeat, vt poſſit reſpondere poſitionibus a principali ſuo, licet de certa & ſpeciali reſponſione fienda, in mādato non contineatur, & alius ꝓ eo in iudicio legitimè comparēs, qui in dicta cauſa de iure ad iurandum de calũmnia admitti poſſit, reſpondere poſitionibus, ſi quę contra eum fient, nec contra talem abſ̃tem pronuntiari poſſint pro confeſſatis, quæ etiam vendicent ſibi locum, & obſeruentur in tutore, & curatore, Syndico, & quolibet alio adminiſtratore, ſed in ꝓcuratore actoris abſ̃tis locum non habeat. & poſſint fieri reſpōſiones ad poſitiones, & extra tribunal, & quolibet loco, & qualibet hora diei iuridici, & propter tardatam ad poſitiones reſponſionem, termini ad probandum, & reprobandum ſint ſuſpenſi, & non currant, neq; inſtantia cauſæ, & omnes poſitiones, & capitula in cauſis porrigēdæ admitti debeant, ſaluo iure impertinentium, & non admittendarum, & hoc ſi dictum non fuerit per officialem, pro dicto habeatur.

¶ Adijcientes, quòd ſi in aliqua cauſa fient poſitiones, & contigerit partem poſitionibus reſpondentem ꝑ verbum non credit, vel ęquipolentia, negare aliquam poſitionem dependentem ex facto proprio reſpondentis, vel eius, pro quo reſponderit, vel ętatem, vel mortem alicuius, ſeu affinitatem, vel parentellam aliquorũ, ſiue gradum, vel agnationem, aut cognationem alicuius, matrimonium, ſeu fraternitatem, vel quem eſſe, vel quaſi fuiſſe in poſſeſſione matrimonij, vel filiationis, aut fraternitatis, vel quem fuiſſe, vel eſſe filium alicuius, vel aliquorum: ſeu patrem, vel matrem fuiſſe, vel eſſe alicuius, vel aliquorum, & prout acciderit, propter quod onus probandi parti aduerſæ incumbat, ſeu incumbere videretur, & per partem aduerſam ponentem fuerit contra id probatum



batum

batum, incidat in pęnam talis negans pro qualibet poſitione negata, ſoldorum viginti March. applic. Cameræ pro dimidia, & pro alia dimidia parti probanti: Quam pœnam Iudex omni iuris, & facti exceptione remota, abſq; alia condemnatione fienda, cogere poſſit, & debeat realiter, & perſonaliter partem, quę ſic negauerit, ad ſoluẽdum infra tres dies, vt ſupra, poſtq̃ certum fuerit p̄dictas probationes factas eſſe & fuiſſe, & de hoc fuerit requiſitus, & intelligatur de prędictis eſſe legitimè probatum, ſi probatum fuerit ſecundum formam declaratam in Statuto, ſub Rub. De probationibus.

## ¶ *De priuatis Scripturis* Rub. XXIII.

ORdinamus, quòd ſi quis produxerit aliquam ſcripturam priuatã in iudicio contra alium, aſſerens illam eſſe ſcriptam, vel ſubſcriptam manu eius, contra quæ producitur. Dñus Iuſdicens teneatur, & debeat aſtringere realiter, & perſonaliter eum, manu cuius diceretur ſcriptura illa eſſe ſcripta, vel ſubſcripta, ad reſpondendum, medio eius iurameto purè, ſcilicet, & ſimpliciter, & ſine aliqua dilatione, an ſua manu ſit ſcripta, vel ſubſcripta; & ipſo confitente dictam ſcripturam manu ſua eſſe ſcriptam, vel ſubſcriptam, poſſit, & debeat ſtatim compelli, & aſtringi ad obſeruationem eorum, quæ in ipſa ſcriptura ſic confeſſata continentur, etiam ſi ipſa ſcriptura non ſit ſubſcripta manu alicuius teſtis; niſi petierit terminum ad ſoluendum, quo caſu eidem detur terminus decem dierum proximè futurorum à die dictæ confeſſionis excluſiuè, & plus, & minus arbitratu Domini Iudicis, inſpecta conditione perſonæ, & quantitate rei.

¶ Si vero is, contra quẽ producta fuerit ſcriptura, oppoſuerit ſolutionem, ſatisfactionem, compoſitionem vel errorem, aut aliquam exceptionem quæ reddat obligationem nullam, vel inefficacem de iure, tunc procedatur ſecundum diſpoſitionem Statuti infra, ſub Rub. De executione inſtrumentorum.

¶ Si verò is, contra quem ipſa ſcriptura producta fuerit, eandem eſſe manu ſua negauerit, & cõtrarium probatũ fuerit, & ipſe cõuinctus fuerit, cõdemnetur ad obſeruationem contentorum in ſcriptura; & vlterius ad pœnam dupli eius, quod continetur in ipſa ſcriptura, applicandam pro dimidia dictæ Communitati, & pro alia dimidia parti producenti dictam ſcripturam, & contra ipſum ad aliud procedi non poſſit.

¶ Diſponentes ipſam probationem fieri poſſe per teſtes ſubſcriptos, ſi qui forent ſubſcripti, vel per alios teſtes non ſubſcriptos deponentes ſe vidiſſe eũ, cui⁹ manu diceretur eſſe ipſa ſcriptura, ſcripſiſſe, vel ſubſcripſiſſe dictã ſcripturam, vel etiam per literarum comparationem, quæ poſſit fieri etiam ex ſcriptura priuata nullo teſte notata, quæ tamen conſtet eſſe ſcripta manu ipſius, vel ꝑ





confeſſionem ſuam, vel ex eo, quod Iudex mandauerit ipſum contra quem ꝓducta fuit, ſcribere, ad quòd poſſit, & debeat is, manu cuius dicitur eſſe ſcripta, compelli omni modo, & via, antequam Iuſdicens à banco diſcedat, inſtante producente, vel per teſtes, vel alio quocunque modo.

¶ Volumus etiam, quòd pro facienda dicta literarum comparatione, eligantur duo periti homines, maiores annis, vigintiquinque, bonæ famæ, & opinionis, qui vnà cum Iuſdicente literis tàm minutis, quàm groſſis diligenter inſpectis, & habita conſideratione ad modum, & formam ac ſtilum ſcribendi, ac etiam omnibus alijs conſideratis, quæ circa prędicta conſiderari opportunum fuit, vel ſit, videant, & cognoſcant de prędicta comparatione, & medio eorum iuramento ſuper ea re iudicium ſuum referant Iuſdicenti, quod iuramentum, & quæ relatio in actis notetur, & ſi dominus Iuſdicens terminauerit per prędictam comparationem literarum (quam his caſibus volumus facere plenã probationem, & fidem) ſcripturam, đ qua fit cõtrouerſia, eſſe de manu eius, cuius manu dicitur eſſe ſcripta, cõpellatur, & aſtringatur ad obſeruationẽ cõtentorũ in ſcriptura, ex qua facta eſt comparatio ꝓut ſupra dictum eſt abſq; alia pœna.

¶ Adijcientes ꝙ ſi is, contra quem producta eſt ſcriptura, monitus recuſauerit reſpondere, vel recognoſcere, vel perſonaliter citatus ad recognoſcendum an ea ſit ſcripta manu ſua cum dimiſſione cedulæ eidem citationis prędictæ continentis tenorem, & verba ipſius ſcripturæ, contumax fuerit in reſpondendo, vel recognoſcendo, procedatur contra ipſum perinde ac ſi dicta ſcriptura eſſet confeſſata per ipſum eſſe manu ſua propria.

Diſponimus etiam, quòd omnia, & ſingula ſupradicta locum habeant in quacunque alia ſcriptura, etiam liberatoria ſcriptura.

## ¶ *De probationibus.* Rub. XXIIII.

QVia probationum facultas non eſt aſtringenda, ſed amplianda potius, & multoties contingit, quòd in ijs, quæ de longinquo contingunt, probationes non eſt facile reperiri, hac prouida deliberatione ſtatuimus, quòd ſi qua perſona diceretur eſſe mortua longè à Poteſtaria Sextulæ per quinquaginta milliaria, vel per ſpatium annorum vigintiquinque elapſorum à die quo diceretur eſſe defuncta, ſufficiat probari de morte illius perſonæ, quæ diceretur eſſe defuncta ꝑ publicam vocem, & famam; quæ fama probari debeat per tres teſtes ad minus, maiores vigintiquinque annis, bonæ conditionis, & famæ, & omni exceptione maiores, & ſufficiat talem famam eſſe in illa terra, vbi ſolita erat morari ipſa perſona, vel ſui prędeceſſores, vel in loco, vbi diceretur illam perſonam, de cuius morte tractatur, eſſe defunctã: diſtãtia vero loci, ſimiliter ꝑ famã ꝓbari poſſit in p̄dictis caſibus.

¶ Si veró dicatur mortua minori tempore, vel infra quinquaginta milliaria



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

à dicta Poteſtaria, ſufficiat cum ſacramento probare mortem volẽtis, ſiue principalis, ſiue procurator, vel alius legitimus adminiſtrator, fuerit, mortem probari; & per famam in vicinia ſolitæ, & vltimæ habitationis eius, de cuius morte tractetur, per tres teſtes ad minus, maiores, & conditionis, vt ſupra, vel cum ſacramento prędicto per tres teſtes deponẽtes ſe fuiſſe pñtes eius exequijs, aſſerentes, quòd tempore dictarum exequiarum publicè, ſeu communiter dicebatur illum tàlem tũc ſepultum, ſeu mortuum, fuiſſe illum, & eſſe, de quo teſtificantur, vel per duos teſtes dicentes ſe vidiſſe illum mortuum, & famam eſſe, illum eſſe mortuum, & dictis teſtationibꝰ, & probationibus ſtetur, & credatur quam diù contrarium non ſit probatum.

Quo contrario probato, condemnetur talis, qui modis prędictis vel altero eorum, mortem nixus fuerit probare, in libris decem tantum, & in tantũdem quilibet teſtis, qui ſic depoſuiſſet, per Dominum Iuſdicentem, infra decem dies immediatè ſequentes à die dicti contrarij probati, applicandis pro tertia Duc. Cam. pro tertia dictæ Communitati, & pro alia tertia parte, parti, contra quam talis probatio facta fuerit.

Item ſi diceretur quem, vel quos fuiſſe aſcendentes, vel deſcendẽtes aliquorum, vel eſſe, vel fuiſſe fratres, vel ſorores, conſanguineos, natos ex fratribus, vel ſororibus, vel quem fuiſſe maritum alicuius, vel quam vxorem fuiſſe, vel quẽ fuiſſe patrem vel filium alicuius, & ſimilia, & negatum fuerit, ſufficiat ad probandum de prędictis, ſi probetur poſſeſſio, vel quaſi ipſius fraternitatis, conſanguinitatis, ſeu matrimonij, vel tales aſcendentes, vel deſcẽdentes, fratres, vel ſorores, ſeu conſanguineos, aut maritum, vel vxorem, ſe ad inuicem publicè tenuiſſe, tractaſſe, nominaſſe, & appellaſſe, ſeu tractare, nominare, & appellare pro ſic aſcendentibus, ſeu deſcendentibus, fratribus, vel ſororibus, aut conſanguineis prędictis, aut pro marito, vel vxore, vt ponetur, vel articulabitur ꝑ partem ponẽtem, & ipſos, à vicinis, & notis eorum, ſic tentos, habitos tractatos, & reputatos, ac appellatos fuiſſe, vel eſſe, licet noĩa vicinorum, vel notorum non nominarentur, vel pręnominarentur; idem de fęminis, & ſexu fęmineo, & ſub dicto genere maſculino concipiatur fœmininum genus.

¶ Adijcientes, ꝙ ſi contingat mulierem, conſtante matrimonio, mortuam eſſe, & in dubium reuocetur ſuper reſtitutione dotis fienda, an ſuperexiſtentibus liberis deceſſerit dicta mulier, marito, & eius parti incũbat onus ꝓbãdi, & hoc hẽat locũ in p̃teritis, pñtibus, & futuris, ꝑ sñtiam, vel alio modo nõ deciſis.

*¶ De compulſione teſtium, & de pœna imponenda.* *Rub. XXV.*

PRouidemus inſuper, quòd in omni cauſa lite, & quęſtione, omnes, & ſinguli teſtes producendi, & nominandi per aliquam partium, cogantur, & cogi debeant per Dñum Iuſdicentem realiter, & perſonaliter, ac omnibus iuris remedijs, ad iurandum, & veritatis teſti-

monium



monium perhibendum, ſub pœna cuilibet teſti inobedienti, quæ videbitur Domino Iudici imponenda, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonarũ, ſi Iudex in huiuſmodi compulſione fuerit negligens, incurrat pœnam lib. decem March. appl. pro dimidia Cam. Duc. & pro alia dimidia parti petenti.

Si autem talis teſtis eſſet perſona in dignitate conſtituta, vel mulier honeſtę vitæ, aut aliqua rationabili cauſa impedita, eo caſu teneatur D. Iuſdicens ire, vel mittere ad eam examinandam expenſis petentis, & idem etiam obſeruetur ſi aliqui teſtes, quos aliquis vellet inducere, eſſent alterius iuriſdictionis, & inuenirentur in aliquo loco Iuriſdictionis dicti D. Iuſdicentis, vz. quòd dictus Dñus Iuſdicens poſſit eos cogere, & debeat, ac admittere, & eorũ dicta accipere, & valeant, ac teneant, nõ obſtante, ꝙ nõ ſint iuriſdictionis Poteſtariæ ſextulæ.

¶ Poſſit tamen cogi ad inſtantiam quorunlibet teſtium ille, ad cuius inſtantiam comparuerint, vltra expenſas victus, ad ſoluendum cuilibet pro operibus ſuis, id quod videbitur iuſtum D. Iuſdicenti inſpecta locorum diſtantia, temporis qualitate ac conditione perſonarum, facta prius diſpoſitione teſtificati per eum, & non ante.

*¶ De iuramento in ſupplementum ſemiplenæ probationis deferendo.* *Rub. XXVI.*

QVia contingit quandoq; ſemiplenè eſſe ꝓbatum in cauſa, & dubitatur ſuper quo, & cui ſacramentum ſit per Iudicem deferendum, & ſecundum varias opiniones, quas Iudices habent, contingit quod quandoque vnus defert actori, & alius defert Reo, nolẽtes hanc varietatem deinceps admitti, ꝓuidemus, ꝙ in cauſis à lib. quindecim March. infra incluſiuè, iuramentũ defferri poſſit in ſupplementum ſemiplenæ probationis, & ſi id, ſuper quo debet ſacramentum deferri, cadat in notitiam vnius partis tantum, ideſt actoris, vel Rei, tunc deferatur iuramentum ei ſoli, in cuius notitiam cadit rei veritas, & vbi veritas rei, ſuper qua iuramentum debet deferri, cadat in ſcientiam, & notitiam vtriuſq; partis, tunc ſi actor ſemiplenè probauit intentionem ſuam, & Reus nullam exceptionem oppoſuerit, vel oppoſitam nullo modo probauerit, actori ſacramentum deferatur.

¶ Vbi autem actor ſemiplenè probauerit intentionem ſuam, & Reus ſemiplenè exceptionem ſuam, & exceptio ſit de directo contraria intentioni actoris, & ſic intentio actoris, & exceptio Rei non ſint inuicem compaſſibiles, tunc abſque iuramento Reus abſoluatur, quia probationes inuicem cõpenſantur, & perinde eſt ac ſi nihil probatũ eſſet ex parte actoris, & idem dicimus, & multo fortius, ſi Reus dictam exceptionem plenè probaſſet.

¶ Vbi autem actor plenè probauerit intentionem ſuam, & Reus ſemiplenè exceptionem ſuam, tunc ſi quidem exceptio ſit de directo cõtraria intentioni



actoris,

actoris, & per conſequens non ſit ei cōpaſſibilis, tunc abſq; ſacramento Reus condemnetur actori, & perinde ſit, ac ſi Reus nihil probaſſet.

Si autem exceptio per Reum oppoſita ſe compatiatur cum intentione actoris, vt eſt videre in exceptione pacti de non petendo, iusiurandi, ſolutionis, & ſimilibus, tunc licet actor probauerit plenè intentionem ſuam, ipſi Reo, qui ſemiplenè probauerit exceptionem, huiuſmodi ſacramentum ſuper huiuſmodi exceptione deferratur, quo in ſui fauorem ab eo prȩſtito, ipſe Reus diffinitiuè ab intentione actoris abſoluatur.

Vbi autem illud, ſuper quo ſacramentum debet deferri, non cadit in notitiam alicuius partis, tunc non eſt locus declarationi huiuſmodi ſacramenti, ideò Iudex abſoluat, vel condemnet ſecūdum, & prout de iure tenetur, & ita deinceps obſeruari inuiolabiliter diſponimus, & mandamus.

¶ Diſponentes, quòd etiam in omnibus alijs cauſis, à quindecim libris ſupra, poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis, ſi pluſquam ſemiplena probatio fuerit facta ſecundum formam iuris communis.

### ¶ *De conſilio Sapientis habendo.* Rub. XXVII.

STatuimus etiam, ꝙ in omnibus cauſis excedentibus ſummam, & valorem, ſeu ȩſtimationem lib. quinquaginta, ambæ partes, vel altera earum, poſſint petere cauſam committi conſilio Sapientis, in qua petitione procedatur hoc modo, vz. nam lapſis terminis probatorio, & reprobatorio, publicatoquè proceſſu, vbi requiritur publicatio, & termino ad allegandum ſtatuto per prȩſentia Statuta, vel ſtatuendo per Iudicem, ſtatim intelligatur vtrique parti ſtatutus eſſe terminus quinque dierum continuorum proximè futurorum ad petendum dictum conſilium, quibus elapſis, & non petito conſilio, vlterius peti non poſſit, & intelligatur petitioni ipſius cōſilij fuiſſe, & eſſe renunciatum, ſed Dominus Iuſdicēs cauſam expedire teneatur, ſecundum formam prȩſentium Statutorum, niſi de conſenſu ambarum partium iterum tunc peteretur, quòd ſuper ea cauſa conſilium Sapientis haberetur.

Si verò petitum fuerit vt ſupra, tunc Iudex teneatur deferre ipſi petitioni, & committere cauſam conſulendam vni Iuriſperito de confidentibus partium, & hora qua petitum fuerit, mandare partibus, vt dent eorum confidentes in ſcriptis, ex Doctoribꝰ Dominij Illuſtriſs. Principis Ducis Ferrariæ Domini nr̃i, vel ſaltem die ſequenti, & ſi datis confidentibus ab vtraque parte, non reperiantur partes in vno concordare, ſecundò cogantur partes per D. Iudicē ad dādum alios confidentes alia hora iuris, & ſi in confidentibus primò, vel ſecundò, datis partes de aliquo in concordia fuerint, tunc Dominus Iudex teneatur, & debeat eligere conſultorem eum, in quem concordauerint, ſeu conuenerint par-

tes, &



tes, & ſi non fuerint de aliquo concordes, tunc Iuſdicens teneatur, & debeat vltimò compellere iuris remedijs ipſas partes ad dandum, & nominandum tot cōfidentes in ſcriptis ex Doctoribꝰ ꝑdicti Illuſtriſs. Principis Ducis Ferrariæ, ꝙ reperiatur vnꝰ ex eis, ꝗ ſit cōfidēs vtriuſq; partis, & ipſum in cōſultorē eligere.

Et ſi aliqua partium recuſauerit dare ſuos confidentes primò, vel ſecundò, vel tertiò, vel non dederit hora, qua ei mandatum fuerit, tunc Iuſdicens teneatur, & debeat eligere vnum de cōfidentibus datis per alteram partem, & valeat electio, ac ſi electus fuiſſet de conſenſu ambarum partium: & vnius ſolius conſilio, & non plurium cauſa committatur, ne partes ſumptibus vexentur, & teneatur D. Iuſdicens cogere ambas partes, vz. quanlibet earum pro dimidia, ad deponendum ſalariū Conſultoris, & Nuncij pro tranſmittendo proceſſum ad Cōſultorem per ipſum taxandum antequàm diſcedat à Banco, inſpecta qualitate, & quantitate rei petitæ, & facti, & cōditione perſonarum, captis pignoribus, & mulcta indicta, in continenti cum electus fuerit Conſultor: victus tñ poſtea teneatur reficere victori, id quod victor occaſione prȩdicta ſoluiſſet, niſi vtraque pars ab expenſis abſolueretur: & ſi aliqua pars contentaretur deponere totum ſalarium Cōſultoris, & Nuncij prȩdicti, & repetere ab alia, quādocunq; voluerit, pro dimidia, Iudex eidē reſarciri faciat qñcunq; petierit, vt res citius expediatur: & in hoc ius ſummariū reddatur, abſq; alia contradictione.

Et ſi altera partium petierit conſilium ſuper aliquo emergenti, teneatur, ea hora, qua petierit, vel infra duos dies ſequentes ſaltem, ſalarium Cōſultoris, & Nuncij, pro tranſmittendo ſcripturas ad Cōſultorem, deponere, & ſcripturas, ſeu punctum, ſuper quo debeat conſilium fieri prȩſentare domino Iuſdicenti, vt eas poſſit Conſultori deſtinare, alias ſi non fecerit, intelligatur ipſi conſilio renunciatum eſſe.

Poſt autem factum, & habitum á Conſultore cōſilium, teneatur Dominus Iuſdicens ferre ſententiam ſecundum dictum conſilium, & non aliter, & ſi aliter factum fuerit, non valeat, nec teneat, & hoc infra quatuor dies iuridicos tunc proximè futuros à die habiti, & ſibi prȩſentati conſilij, & pendente dicto conſilio, non currant tempora partibus, nec D. Iudici ad proferrendum ſententiam, nec inſtantia: & ſi Iuſdicens ab aliqua partium requiſitus negligens in pronunciando fuerit infra tempus prȩdictum, cadat in pœnā Statuti ſupra ſub Rub. De modo procedendi in cauſis maioribus.

### ¶ *Quando mentio expenſarum non fuit facta in ſententia* Rub. XXVIII.

DIſponimus, quòd ſi nulla mentio de expenſis in ſententia Iudicis habita fuerit, vigore prȩſentis Statuti, victus victori ſemper intelligatur in expenſis condemnatus, non obſtante aliquo ſacramento prȩſtito ꝑ partē victā de calumnia, veritate, credulitate, vel ma-

litia, vel

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

litia, vel alio, & in his ét ſalaria procuratorum, & aduocatorũ veniãt, & taxẽtur.

## ¶ *De appellationibus interponendis.* Rub. XXIX.

STatuimus & ordinamus, quòd à qualibet ſententia diffinitiua in ciuilibus per D. Iuſdicentem curię Sextulę lata, & ſeu à quolibet grauamine, pars, quę ſuccubuerit, & quilibet alius, cuius interſit, etiam ſi verè contumax fuerit, ideſt, ſi nunquam fuerit in iudicio, poſſit appellare, ſiue nullã dicere, ſiue vtrunq; ſimul, & ſucceſſiuè facere voluerit, ſiue diuiſim; nam quod in vno ex iſtis caſibus diſponimus, in alio dictum eſſe volumus, præſtito per eum iuramento ſe non dolo nec calumnia appellare, & ſeu nullam dicere; & hoc etiam procedat ſi intentatum fuiſſet merum poſſeſſorium, niſi in prędicto ꝑ pręſentia Statuta appellari prohibitum ſit, viua voce, vel in ſcriptis infra terminum decem dierum continuorum, numerandorum à die latæ ſententiæ, ipſa parte pręſente prolationi eiuſdem, vel ea abſẽte á die eius notificationis ipſi legitimè factæ, ad Iudicem Appellationum Mutinæ deputatum, & qui Iudex appellationis etiam ſit vigore pręſentium Statutorum, & eſſe intelligatur Iudex quarũcũq; appellationũ, & nullitatis dictionum interpoſitarum, & ſeu interponendarum: & appellans non teneatur aliquos apoſtolos, nec aliud pro apoſtolis petere.

¶ Inſuper Dominus Iuſdicens ipſam appellationem, & ſeu nullitatem, & nullitatis dictionem admittere, & eidem deferre teneatur, & infra dictos decẽ dies teneatur appellans fideiubere, & fideiuſſionem ac cautionem pręſtare penes Iuſdicentem de proſequendo ipſam appellationem, & ſeu nullitatis dictionem vſq; in finem, & de ſoluendo parti appellatæ oẽs expenſas, & intereſſe per eam patiendas, ſi ſuccubuerit appellãs, vel appellationem proſecutus nõ fuerit. Quæ omnia, & ſingula ſi dictus appellans infra dictum terminum non fecerit, intelligatur renunciaſſe appellationi, & ſeu nullitatis dictioni, niſi iuſto impedimento prędicta adimplere ceſſaſſet, & ipſa ſententia rata maneat, & exequi poſſit; quibus quidem decem diebus elapſis, ſi dicta pars non appellauerit, & ſeu de nullitate non dixerit, amplius non audiatur ſuper dicta appellatione, & ſeu nullitatis dictione, immò ipſa ſententia executioni mandetur, ſecũdum diſpoſitionem Statuti ſub Rub. Quod ſententiæ.

¶ Teneatur vlterius appellans, & ſeu de nullitate dicens, & debeat infra decem dies continuos, niſi ſententia lata fuerit de mẽſibus Nouembris, Decembris, Ianuarij, & Februarij, quo caſu infra dies quindecim continuos proximè tunc futuros, lapſo dicto termino ad appellandum, comparere, & ſe pręſentare coram Domino Iudice, ad quem ad proſequendam dictam appellationem, & ſeu nullitatis dictionem.

¶ Ab interlocutorijs veró latis in prima inſtantia, nolumus poſſe appellari, niſi



niſi per ipſam inferatur tale grauamen, quod reparari, vel remediari per appellationem à diffinitiua interponendam, non poſſit; & in alijs caſibus, qui non ſint reparabiles per interpoſitionem appellationis à diffinitiua, licitum ſit appellare, & etiam ſine expreſſione cauſarum ſpeciali; ſed ſufficiat in ipſa appellatione dicere, ex cauſis, quæ in actis apparent: & volens appellare ab interlocutoria, teneatur appellare pręſtito per eum iuramento, vt ſupra in diffinitiua, infra duos dies continuos connumerandos à die latæ ſententię interlocutoriæ, ipſa parte pręſente prolationi eiuſdem, vel ea abſẽte, à die eius notificationis ipſi legitimè factæ; & volens appellare dictam fideiuſſionẽ, de qua ſupra, & vt ſupra, teneatur pręſtare infra dictos duos dies, alias intelligatur renunciaſſe dictæ appellationi: Quibus quidem duobus diebus elapſis, teneatur, & debeat ipſe appellans infra decem dies continuos, vt ſupra diximus in diffinitiua, ꝓximè tũc futuros à lapſis dictis duobus diebus, comparere, & ſe pręſentare coram dicto Iudice appellationis pro proſequendo dictam appellationem.

¶ Volumus ét, ꝙ à ſñtia, lata per dictum Iudicem appellationis ſuper interlocutoria, ſiue confirmatoria fuerit, ſiue infirmatoria, nullo modo poſſit appellari, nec ſupplicari, nec đ nullitate dici, nec quouis alio modo, vel remedio querellari, pendentequè cauſa appellationis ab interlocutoria, termini, vel inſtantia cauſæ principalis non currant.

¶ Ordinamus etiam, ꝙ ſi procurator citatus ad ſententiam audiendam, ſua negligentia, ſeu culpa, vel dolo nõ appellauerit, aut quacunque de cauſa appellare omiſſerit, liceat principali appellare infra tempora ſupra limitata, etiam ſi dictus procurator idoneus fuerit in ſoluendo. Addentes, quòd ſi principalis, & procurator fuerint citati ad ſententiã audiẽdam, & principalis ipſe nõ fuerit pręſens tempore latæ ſententiæ, poſſit ipſe principalis appellare, dummodò appellet infra tempora ſuperius limitata, quæ currere incipiant à die ſcientiæ, vel notificationis ſibi factæ, vt ſupra, licet procurator non appellauerit. Et cum ſępenumero dubitatio oriatur, quæ appellatio pręualeat, an quæ facta fuit viua voce, vel poſtea in ſcriptis, & à qua appellatione incipiat currere terminus inſtantiæ ipſius appellationis, hanc dubitationem tollentes, diſponimus, quod, ſi ſecunda appellatio in ſcriptis fuerit interpoſita infra terminum, & tempus legitimum, ab ea incipiat currere terminus prędictus, etiam ſi tempore primæ appellationis, viua voce factæ, nihil proteſtatum fuerit de appellatione in ſcriptis interponenda, alias, ſi ſecunda appellatio in ſcriptis facta non fuerit, & interpoſita infra tempus legitimum, tunc à tempore primæ viua voce interpoſitæ incipiat currere.

¶ Diſponimus inſuper, quòd ipſe appellans, tàm à diffinitiua, quàm ab interlocutoria, & vt ſupra, teneatur ipſam cauſam appellationis, & ſeu nullitatis dictionis, expedire, ac terminari feciſſe infra terminum prefixum in cauſa appellationis per Statuta loci dicti D. Iudicis, ad quem, ſingula ſingulis congruè

referendo,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

referendo, alias appellatio ſit, & eſſe intelligatur ipſo iure deſerta: & prima ſententia exequi poſſit, & debeat per Dominum Iuſdicentem.

¶ Declarantes tamen quòd à ſententijs, & vt ſupra latis in dicta Iuriſditione Sextulæ, non excedentibus ſummam, ſeu ęſtimationem librarum decem, non poſſit appellare, nec de nullitate dici, & ſimiliter quòd in cauſis criminalibus, & damnorum datorum appellari, vel de nullitate dici non poſſit.

¶ Et quod non liceat, niſi ſemel, per quamlibet partem appellare in eadem cauſa; pars autem, contra quam ſic primò appellatum fuerit, ſi in cauſa appellationis ſuccubuerit, poſſit, & ei liceat appellare ſemel tantum, ſaluis ſemper quæ dicta ſunt ſupra de interlocutorijs.

¶ *De compromiſſis fiendis, & arbitris, ac arbitratoribus.* *Rub.* *XXX.*

HOneſtatem ſequentes, & iurgia, quæ rancores, & crimina inter coniunctos inducere, vt plurimum ſunt conſueta, penitus extirpare cupientes, prouidemus hac noſtra pręſenti conſtitutione, quod ſi contigerit in futurum litem motam eſſe ſiue per libellum, ſiue p aliquam petitionem, vel aliter quomodocũq; in aliqua cauſa ciuili, ordinaria, & extraordinaria, delegata, vel cõmiſſaria, ſummaria vel executiua, vel alterius cuiuſcunq; generis, vel ſpeciei, etiam ſi qualecũq; officium Iudicis inploretur, dummodò non ſit executio alicuius ſñtię, vel pręcepti, vel ſit dubium facti, vel dubium iuris probabile, ſeu mixtum, & dummodò non imploretur in prępa- ratorijs iudiciorum, inter quoſcũq; agnatos, ſiue cognatos, attinẽtes, & affines vſq; in quartum gradum incluſiuè ſm̃ formam iuris canonici, Dñus Iuſdicens curiæ Sextulæ tàm ex officio, q̃ ad inſtantiá alicuius partis litigantiũ, teneatur, & debeat cogere, & aſtringere tàm realiter, q̃ perſonaliter, & mulcta indicta p̃fatos litigantes ad faciendum compromiſſum per illum modum, & formam, in quo, & qua ambæ partes fuerint concordes; & ſi diſcordes fuerint in modo, & forma faciendi cõpromiſſum, tunc fiat cõpromiſſum de iure, & de facto, & tã in procedendo, q̃ in terminando de oĩbus, & ſingulis litibus, quęſtionibus, differrentijs, & controuerſijs vertentibus inter eos, & ſeu de oĩbus, & ſingulis petitis, & deductis, ac exceptis, & dependentib⁹, & connexis, emergentib⁹, incidẽtib⁹, ſeu occaſionatis ab eiſdem, cũ clauſulis opportunis, & in talib⁹ apponi conſuetis, in vnum probum virum, agnatum, vel cognatum, vel affinem, ſeu vtriuſq; partis amicum, ſi in vno fuerint concordes, alias ſi in vno non concordauerint, quęlibet partium ſuum eligat arbitratorem, virum honeſtum, & fide dignum, habitantẽ in Poteſtaria Sextulæ, & cuius copia, & pręſentia faciliter haberi poſſit, & compelli, & aſtringi ad procedendum, & laudandum in cauſa, & qui non fuerit aduocatus in cauſa, & qui alicui partium non conſuluerit, & qui nõ fuerit procurator, ſolicitator, vel interceſſor in cauſa, vel nõ conuenerit

cum



cum aliqua partium de eligendo ipſum in arbitratorem: de quibus omnibus pars eligens, & ipſe eligendus ante omnia iuramentũ pręſtare teneantur, altera parte inſtante, cum poteſtate cognoſcẽdi, videndi, examinandi, procedẽdi, laudandi, & decidendi de iure, & de facto, & de iure tm̃, & de facto tm̃, vel mixtim, ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola rei veritate inſpecta, & nulla iuris, vel Statutorum ſolennitate ſeruata: Quod quidẽ compromiſſum volumus poſſe peti quandocunq; & in quacũq; parte iudicij ante tamen publicationem proceſſus, & habiti pro publicato, & non vltra.

¶ Declarantes tamen ẽt, ꝙ partibus volentibus, qñcunq; publicato ꝓceſſu, vel habito ꝓ publicato, ante tamen ſentẽtiam, poſſit fieri dictũ cõpromiſſum.

¶ Statuenteſquè, quòd facto dicto compromiſſo, & acceptato per arbitros, & arbitratores, teneantur ipſi arbitri, ſi fuerint concordes, ipſas lites, & controuerſias, & vt ſupra, terminare diffinitiuè, & clarè, & aptè, p̃ciſè condemnando, vel abſoluendo, nec poſſint dicere, condemno condemnandum, vel abſoluo abſoluendum; condemno, ſi eſt probatum; abſoluo ſi non eſt probatum, aut condemno, quatenus teneatur, vel ſimilia verba eundem effectum importantia, per laudum, & ſeu arbitramentum, compoſitionem, & ſeu deciſionẽ, ſine reſeruatione aliqua, ſup toto, vel parte, infra terminum ſexaginta dierum continuorum inchoandorum à die acceptationis compromiſſi verè, vel fictè, & intelligantur acceptaſſe, cum ad eorũ notitiam peruenerit compromiſſum factũ eſſe in eos, niſi infra triduum cõtinuum, à die dictæ notitiæ incluſiuè, expreſsè recuſauerint coram D. Iuſdicente, & ſi recuſauerint, partes cogantur ad eligendum alios arbitros, & arbitratores loco eorum ſic recuſantium, & vt ſupra, & caſu, quo arbitri, & arbitratores ſint diſcordes in terminãdo, vt ſupra, teneãtur comparere coram Dño Iudice, diſcuſſione per eos prius facta, infra terminum viginti dierum continuorum proximè futurorum á die acceptationis dicti cõpromiſſi, & iurare, ſe non eſſe concordes, & non ex malitia diſcordare: ſed quia credunt, vz. quilibet eorum, opinionem ſuam eſſe iuſtam: & ſi iurauerint, vel aliquis ex eis iurauerit, tunc Iuſdicens teneatur ad petitionem partium, ſeu alterius earum compellere ipſas partes eadem die, vel ſequenti ad dandum, vel nominandum tot confidentes in ſcriptis ſubiectos iuriſdictioni Dñi Iuſdicentis, ꝙ reperiatur vnus ex eis, qui ſit confidens vtriuſq; partis; Qui repertus, ſi acceptauerit verè vel fictè, vt ſupra, ſit tertius inter ipſos arbitros, & quicquid factum fuerit per vnum ex arbitris, vel arbitratoribus cum illo tertio, valeat, & teneat, & ſeruari debeat, & dictus tertius vnà cum dictis arbitris teneatur terminare, vt ſupra, ipſas lites, & quęſtiones infra tempus prędictũ ſexaginta dierum à die acceptationis, vt ſupra, per arbitros factæ: & Dñus Iuſdicens poſſit, & debeat compellere tã arbitros, q̃ tertium ad inſtantiá alterius partis, qñcũq; infra tẽpus p̃dictũ ad terminandũ, vt ſupra, ipſas lites, & quęſtiones, & de qb⁹ ſupra in compromiſſo, pœnas, & mulctas eis imponendo, etiã ipſos detinẽdo.

¶ Decla-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Declarantes etiam, ꝙ ſi dicti arbitri, & ſeu dictus tertius cum vno ex eis, vt ſupra, dictas lites, q̄ſtiones, & cōtrouerſias non terminauerint infra p̄dictum tempus, inſtantia dicti cōpromiſſi perempta ſit ipſis arbitris, & ſeu dicto tertio cum vno ex eis, & vt ſupra, & vlterius ſe intromittere non poſſint, & ipſo facto condemnati ſint, & eſſe intelligantur partibus in expenſis, damnis, & intereſſe; & deinde fiat aliud compromiſſum, prout ſupra diſponitur, & modo prędicto, & dicti arbitri, & ſeu dictus tertius cum vno ex eis teneatur, vt ſupra; & ſic procedatur donec, & quouſque dictæ lites, quæſtiones, & controuerſiæ terminatæ fuerint per viam compromiſſi.

¶ Volumus etiam pupillos compelli ad dictum cōpromiſſum, & cuiuſlibet ętatis minores vigintiquinq; annis, & teneantur eorum tutores, & curatores etiam ſpeciales ad hoc decreti ſup his omnibus, & ſingulis authoritatem ſuā, pręſtare: & ſi eſſent infantes, tutores eorum nomine compellantur ad omnia, & ſingula prędicta faciendum, & ſimiliter curatores furioſorum, & mentecaptorum, & aliorum, qui cura, & gubernatione, & adminiſtratione indigent alterius, & his caſibus bona dumtaxat minorum, furioſorum, mentecaptorū, & aliorum prędictorum ſint obligata, non tutorum, nec curatorum eorum, ac etiam compelli, vt ſupra, & omnes de eadem familia, ſiue domo in quocunque gradu diſtent, & ſimiliter nouercam, & priuignum ob reuerentiam patris, ſiue pater ille ſit mortuus, ſiue viuat.

¶ Statuentes etiam, ꝙ omnes, & ſingulæ perſonæ, Cōmune, vel Vniuerſitas de cauſis, litibus, & quęſtionibus vertentibus inter eas, & quæ verti poſſent quacunq; ratione, vel cauſa, poſſint compromittere de iure, vel de facto; & de iure tantùm, vel de facto tātùm, & prout eis videbitur, in vnum, vel plures arbitros, arbitratores, & amicos communes q̄ſcunq; ſibi placuerit, & compromiſſa non durent, nec ſe extendant, aut eorū inſtantia ſe extēdat vltra terminū ſexaginta dierum continuorum, computandorum à die acceptationis compromiſſi, niſi aliter tempus in compromiſſis fuerit ſpecificatum, & partes ſe voluerint ad maius, ſeu minus tempus compromittere, & ipſum tempus prorogare, & ſeu abreuiare prout partes erunt concordes.

¶ Adijciētes, quòd quęlibet cauſa facta compromiſſibilis, & compromiſſo facto, & iam finito, non poſſit, nec debeat cognoſci, nec expediri, niſi per viam compromiſſi ſucceſſiuè fiendi, prout ſupra diſpoſuimus.

¶ *De petitione reductionis ad arbitrium boni viri, laudi & arbitramenti.* Rub. XXXI.

STatuimus, quòd ſi per viam principalis petitionis petatur aliquod laudum, vel arbitramentum ꝙ excedat ſummam, vel ęſtimationē lib. decem, reduci ad arbitrium boni viri, vel aliter annullari, ſiue nullum declarari, quæ fieri poſſint, & valeant coram D. Iuſdicente,

infra



infra decem dies continuos tantum proximè futuros, connumerandos à die laudi, & parti legitimè intimati, non obſtante ꝙ renuntiauerint petitioni reductionis ad arbitrium, & ſeu nullum dicere per quanlibet partem, ipſe Dñus Iuſdicens arctatis dilationibus, cauſam ipſam finiat, & terminet infra terminū vigintiquinq; dierum vtilium à die porrectæ petitionis, ſiue pars, contra quā petita fuerit reductio, quæ citari debeat ad videndum produci dictam petitionem, comparuerit, ſiue contumax fuerit, ſub pœna lib. quinquaginta, eidem de ſuo ſalario retinendo, & applicanda pro dimidia Communitati prędictæ, & pro alia dimidia parte, ſicut ſupra petenti, & nihilominus dictā cauſam finire teneatur, & debeat infra quinq; dies immediatè ſequētes dictos vigintiquinq; dies, ſub pœna dupli pęnæ prędictæ ſimiliter applicanda, quod ſi non fecerit nihilominus parti exinde lęſæ teneatur ad damna, & intereſſe, & nihilominus lapſis dictis temporibus, inſtātia ipſius cauſæ ſit, & eſſe intelligatur perempta, & laudum, ſeu arbitramentum firmum remaneat. Et ſi ipſe Iuſdicens primum laudum, ſeu arbitramentum confirmauerit, nulli partium liceat ab ipſa pronunciatione appellare, vel quoquomodo reclamare, vel de nullitate dicere.

¶ Si verò dictum laudum, vel arbitramentum fuerit in totum, vel in parte infirmatum, liceat à tali pronunciatione appellare, vel de nullitate dicere ad Iudicem appellationum Mutinæ deputatum, ſecundum formam Statuti ſupra ſub Rub. De appellatione, quod etiam ſeruetur in hoc caſu in omnibus.

¶ *De executione ſententiæ, & coram quo peti poſſit, & qualiter, ea petita, procedatur, & de executione pręcepti in confeſſum.* Rub. XXXII.

QVia plerūq; dubitatur circa executionē ſñtiarum, an prima ſñtia lata in cauſa principali ꝑ Iuſdicentē in dicta Pōtaria Sextulæ, vel ſecunda in cauſa appellationis lata ꝑ Iudicem appell. in Ciuitate Mutinę primę confirmatoria, ſit illa, cuius executio peti debeat. & coram quo Iudice petenda ſit ipſa executio, & qua forma ſit procedendum, volentes talia dubia tollere, ſtatuimus, ꝙ ſententia lata in cauſa appellationis, ſiue in totū ſit confirmatoria primæ, ſiue in parte, & in alia parte ſit derogatoria, vel reformatoria; talis ſñtia in cauſa appell. lata, ſit illa, quæ debeat peti executioni mandari, & mandetur, ſi tñ in rem iudicatam tranſierit, & non aliter, per Iuſdicentē tñ in dicta Poteſtaria Sextulæ, vt euitentur diſpēdia, quæ acciderent, ſi talis ſñtia exequeretur ꝑ Iudicem appell. ꝑꝑ locorum diſtantiam, prout etiam volumus per ipſum Iuſdicentem in dicta Poteſtaria mādari executioni omnes, & quaſcunq; ſñtias, tàm per eum latas, q̄ per quoſcunque Iudices delegatos in ipſa Poteſtaria, quæ in rem iudicatam trāſierint, niſi fortè eſſet delegatus à Principe, qui ſuas debeat exequi ſententias.

¶ Diſponentes, ꝙ quęlibet ſententia, ſeu preceptum, tempore quadrimeſtri, nō obſtāte eius executio petetur, debeat executioni mandari, poſtquàm tran-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

ſierit in rem iudicatam hoc modo, vz. vt coram D. Iuſdicente legitimè citetur perſona in ſententia, vel pręcepto cōdemnata, ſeu cōtra quam lata, vel factum fuerit, vt coram D. Iudice infra octo dies proximè futuros, ſeu ſecuturos ipſam citationé, debeat comparere ad habendum copiam dictæ sñtiæ, ſeu pręcepti, & interim ad opponendum, & contradicendum quicquid voluerit, ne sñtia, ſeu pręceptum, quod, vel quæ exequi, ſeu executioni mandari petentur, mandetur executioni, & petens executioné, ſententiam, ſeu pręceptum producere, teneatur in continenti, & ex inde is, contra quem petitur executioni mandari, copiam habere poſſit, in quo termino, ſi citatus comparuerit per ſe, vel aliam legitimam perſonam, cogatur, antequàm audiatur, facere depoſitum, vel idoneum pręſtare fideiuſſorem de ſoluédo, id, quod in ſententia, vel p̄cepto continetur, ſi ſoluere debuerit: Quo facto audiatur, ſi dixerit ſentétiam, vel p̄ceptú nullá vel nullum, ſi modo à tali ſententia vel pręcepto non fuerit appellatú, & mixtim de nullitate dictum ſeu ſimpliciter agendo de nullitate dictum, quo caſu, de nullitate excipiédo, nō audiatur, nec executio impediatur, niſi pendés eſſet ipſa cauſa nullitatis principaliter intétata, ſeu mixtim cú cauſa appellationis, quo caſu differatur executio, donec duret inſtátia dictæ cauſæ nullitatis intentatæ, vt ſupra, & ſeu ſi dixerit talis citatus ſe, vel illum, à quo cauſam hūerit, ſatisfeciſſe, petenti, poſt sñtiam, vel pręceptum, ſeu pręſcriptum fuiſſe, vel p̄ceptum, ſeu sñtiam, falſum, vel falſam, ſimulatú, vel ſimulatá, ſiue pactionem, vel conuentionem habuiſſe cum creditore poſt ſententiam, vel pręceptum, vel Velleiani, ſeu Macedoniani, vel falſi procuratoris exceptiones oppoſuerit.

¶ Quo termino octo dierum elapſo, ipſe Iudex ſtatuat immediatè, vtrique parti terminum duodecim dierum ad probandum ſibi incúbentia, & ad probatum habédum per omne genus probationum, qui terminus ſi per Iudicem ſtatutus non fuerit, ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur ipſo iure.

Quo termino elapſo, ſtatutus ſit ipſo iure vtrique parti terminus quinque dierum ad reprobandum, & reprobatum habendum per omne genus probationum, & dicto termino reprobatorio tranſacto, Iuſdicens decidere, & terminare debeat omnia in cauſa deducta, infra terminum quindecim dierú, ſi ſibi infra primos quinq; dies dicti termini pręſentatæ fuerint ſcripturæ: ſub pœna lib. vigintiquinq; appl. pro dimidia Communitati Sextulæ, & pro alia dimidia parti ex inde lęſæ, cui etiam teneatur ad damna, & intereſſe, & ſi Iudex pronunciauerit exceptiones oppoſitas non obſtare, & ſententiam, ſeu perceptum eſſe exequendum, ſeu exequendam, tunc pręceptum, & ſeu sñtia immediatè executioni mandetur, omni appell. & nullitatis dictione, vel ſupplicatione, vel in integrú reſtitutione, vel officio Iudicis, penitus remotis, & vlterius eo caſu excipiens cōdemnetur, & cōdemnatus eſſe intelligatur ipſo iure ꝓ qualibet exceptione oppoſita: & nō probata, in ſoldis quinq; appl. parti executioné petéti.

Si verò Iudex pronunciauerit exceptiones obſtare, & sñtiam, vel pręceptum non



non eſſe exequendum, vel exequendam, executioni non mandetur.

Poſſit tñ à dicta sñtia, ſeu ꝓnuntia, tm̄ ſemel appellari, vel de nullitate dici, & ꝓcedi debeat mō, & forma ꝗbꝰ ſupra diſpoſuimꝰ ſub Rub. De appellationibꝰ.

Addentes tamen, ꝙ ſi ille, qui exceptioné pacti, vel cōuentionis, ſeu ſolutionis, vel ſatisfactionis poſt ſententiā, ſeu pręceptum factum, oppoſuerit, & exceptiones oppoſitas infra terminum ſupradictum non probauerit, & poſt ipſum terminum probare voluerit, propterea executio ſententię, vel pręcepti nō impediatur, ſed ſi illas legitimè probauerit infra vnum menſem proxmiè ſequentem, poſt executionem ſententiæ vel pręcepti, totú illud quod ſolutum, fuit vltra pactum, & cōuentionem, ſeu ſolutionem, aut ſatisfactionem de qua probauerit, repetere poſſit tamquam indebitè ſolutum, & ius de hoc conſequatur ſummarium, & expeditum.

¶ Si verò citatus comparuerit, & alias exceptiones oppoſuerit, quæ opponi non poſſint poſt ſententiam, vel pręceptú, non audiatur ſuper illis, vel ſi nullas oppoſuerit infra dictum terminum octo dierum, ſeu non comparuerit infra dictum terminum, ſentétia, vel pręceptum omninò executioni mádetur poſt dictum terminum octo dierum, & dicta ſententia ſeu perceptum executioni mandetur hoc mō, vz. ꝙ fiat legitimè denunciatio in ſcriptis condemnato, vel hęredi, vt infra tertiam diem proximè venturam, ſit concordatus cum creditore ſuo, ſeu petitore, de re contenta in ſententia, ſeu pręcepto.

Quo termino denunciationis tranſacto, ſi non fuerit in concordia cum creditore vel victore, ſi actio fuerit realis, mittatur in poſſeſſionem rei petitor, in ſententia, vel pręcepto contentæ.

Si autem actio fuerit perſonalis, ſi non ſatisfecerit creditori, detur ei tenutá de bonis condemnati, ſeu obligati de quibus voluerit, ſeu elegerit ipſe petens, vſq; in quantitatem ſortis contentæ in ſententia, ſeu pręcepto, & expenſarum factarum, & fiendarum, ſecundum formam Statuti ſub Rub. De modo procedendi contra contumacem, ſi creditor hanc viam elegerit, qui poſſit nihilominus, ſi ei placuerit, eligere, vt ipſe debitor capiatur, & non relaxetur, donec fuerit dicto creditori ſatisfactum, tàm de ſorte, quàm de expenſis, & ſecúdum viam, de qua infra, De executione inſtrumentorum, & vna via electa, non pręiudicetur ſibi in altera, niſi demum adiudicatione, vel ſatisfactione facta ipſi creditori; declarantes tñ, ꝙ via tenutæ bonorum condemnati per creditorem electa, poſſit, & debeat tenuta, & adiudicatio fieri de bonis, quæ fuerint dicti debitoris, vel per eum poſſeſſa pro ſuis, & tamquàm ſua, tempore oblationis libelli, ſeu qualis qualis petitionis factæ contra eum, etiam ſi ſint poſſeſſa per tertium poſſeſſorem, etiam non facta excuſione bonorum dicti condemnati, ſi hoc petitum fuerit per creditorem & quæ tenuta occaſione executionis pręfatisfecerit... 



expenſis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

expenſis in de factis,& quā tenutam ſi non recuperauerit prędicto modo, infra terminum denuntiationis fiendæ de ipſa tenuta recuperāda, qui terminus ſtatuendus per Iudicem, ſit decem dierum, procedatur ſuper dicta tenuta ad adiudicationem in ſolutum, & ad alia, ſecundum formam prędicti Statuti ſub Rub. De modo procedendi contra contumacem.

¶ Decernentes, & ſtatuentes ſimiliter obſeruari in omnibus, & per omnia, de laudis, & arbitramentis latis, vel ferendis contra aliquam perſonam, Commune, Collegium, vel Vnuierſitatem, & de cōtentis in eis, vt de ſentētia, & prçceptis ſupra diſpoſitum, & ordinatum eſt, & licet ex laudo, & arbitramento, de iure dici poſſet, vel diceretur, actionem non competere, vel oriri.

¶ Volumus tamen, & mandamus, ꝙ ad id, quod in eiſdem deductum, ſeu laudatum, vel arbitratum fuerit, principaliter agi poſſit, ſicut agi poſſet ex ſententia, vel pręcepto Iudicis ordinarij, non obſtante aliqua pœna in compromiſſo appoſita, vel ꝙ ſit ſoluta, vel non, vel alijs verbis in compromiſſo appoſitis, & tempore quadrimeſtri, vel ꝙ non ſit elapſum, non obſtante.

Et prędictum laudum, & arbitramentum, ſi infra decem dies non fuerit petitum reduci ad arbitrium boni viri, exequi poſſit, & debeat veluti ſententia ordinarij vt ſupra, & illam & eandem pariat actionem.

Et ſi petitum fuerit reduci vt ſupra, & reductum fuerit, in eo quod reductū fuerit contra prędictū laudū, vel arbitramentū, non poſſit executioni mādari.

In eo verò quod nō fuit petitum reduci, vel non fuit reductum, debeat executioni mandari, non obſtante dicto tempore quadrimeſtri.

Sententia verò, vel reductio boni viri debeat executioni mandari, ſicuti ſententia ordinarij, & illam eandem pariat actionem.

Et prędicta non vendicent ſibi locum in ſententijs, vel pręceptis factis, vel ſubſecutis ex aliquo cōtractu, vel obligatione vſuraria, vel alicuius vſurarij, nō poſſint tñ perſonaliter capi pupillus, furioſus, mentecaptus, vel aliqua mulier, niſi eſſet caupona, tabernaria, hoſpitatrix, Stabularia, Lęna, Meretrix, aut matrona Meretricum, vel amica presbyterorum.

## ¶ *De executioue inſtrumentorum.* *Rub.* XXXIII.

CVm nobis cordi ſit in his noſtris legib9 municipalib9 lites, in quātum fieri poſſit, abreuiare, ſtatuimus, & ordinamus, ne creditores ex inſtr̄nto publico per calumnias debitorum in longum protrahantur, & in expenſis fruſtrentur, ꝙ creditor nominatus in inſtr̄nto, vel eius hęres, vel alius habens cauſam ab eo immediatè, vel mediatè, volens conſequi debitum ſibi, in dicto inſtr̄nto citato legitimè eius debitore, & petita per ſe, vel aliam legitimam perſonam contra eum dicti inſtr̄nti executione: Iudex viſo dicto inſtr̄nto ſi debitum, de quo in inſtr̄nto, conſiſtat in pondere numero,



mero, vel menſura, vel in aliqua re, teneatur, & debeat ad creditoris inſtantiā, vel alterius pro eo legitimæ perſonæ, facere pręceptum tali debitori pręſenti, vel abſ̄nti, citato tamen vt ſupra, ꝙ ſoluat pententi executionem, ipſum debitū infra octo dies tunc proximè ſequentes, reſpectu ipſius debitoris pręſentis, reſpectu verò dicti abſ̄ntis à die notificationis dicti pręcepti eidem legitimè factæ in quo termino, ſi debitor non ſoluerit, vel non comparuerit, poſſit ad petitionem dicti creditoris petentis executionem, liquidatis tamen prius liquidādis, per petentem dictam executionem, grauari realiter, vel perſonaliter ad electionem ipſius creditoris, pro quātitate, vel re petita, & expenſis; à quo grauamine eximi, vel liberari non poſſit, niſi prius ſoluerit debitum, & expenſas creditori ſuo; aut depoſitum fecerit, vel fideiuſſionem idoneam pręſtiterit de ſoluendo quod petitur, ſi de iure ſoluere debuerit, quo facto ſtatuatur per Iudicem ipſi debitori, ad inſtātiam creditoris, vel dicti debitoris, & ſi ſtatutus nō fuerit, ſtatutus eſſe intelligatùr ipſo iure terminum decem dierum à die dicti depoſiti, vel fideiuſſionis, pręſtitæ cōnumerandorum, ad deducendum, oſtendendum, & ꝓbandum, & ꝓbatū hēndum ꝗcquid voluerit, ꝗbus elapſis, oīa intelligātur ipſo iure publicata: ac ſtatutus ſit & eſſe intelligatur terminus octo dierum ad reprobandum, vt infra, ac procedi debeat, vt in ſequenti caſu.

¶Si verò comparuerit infra terminum pręcepti, vel poſtea, antequā detineatur cogatur, anteq̄ audiatur, ad inſtātiam creditoris facere depoſitum, vel idoneum pręſtare fideiuſſorem de ſoluendo id, quod in pręcepto continetur, ſi ſoluere debuerit: ꝗbus peractis, ſtatuatur per Iudicem ad inſtantiam debitoris, vel creditoris, & ſi ſtatutus non fuerit, ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur terminus quinque dierum dicto debitori ad proponendum ſuas exceptiones, & ſi quas propoſuerit in dicto termino legitimas, ſtatuat Iudex dicto excipienti ter minum quindecim dierum continuorum, & ſi non ſtatuerit, ſtatutus eſſe intelligatur ipſo iure, ad probandum dictas exceptiones, & probatum habendū per omne genus probationum, in quo termino creditor, ſeu ei9 hęres, ſeu quilibet alius habens cauſam ab ipſo, poſſit, & debeat probare, liquidare, & probatum, & liquidatum habere infra dictum tempus, quindecim dierū quicquid voluerit, & poterit, ſi fortè quicquam ei liquidandi, & probādi incombere crediderit, pro concludenti fundamento ſuæ intentionis, vt ſunt Mortes, parentellæ, aditiones hęreditatum, & ſimilia, & omnia alia ſibi neceſſaria, ita ꝙ pendente dicta dilatione, poſſint inſtr̄nta, ſeu inſtr̄ntum, cuius vigore petita fuerit executio, liquidari, & omnia emergentia circa ipſum negotium, dummodò liquidentur, vt ſupra dictum eſt, infra dictos quindecim dies: Quo termino elapſo, vigore pñtis Statuti oīa ſint, & eſſe intelligantur publicata, ac ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur terminus octo dierum continuorum ad reprobandum, & reprobatum habendum per omne genus probationum: Quibus octo diebus elapſis, Iudex ipſe teneatur infra decem dies continuos terminare dictam



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

causam clarè, & apertè, sm̃ etiam, ꝙ supra dictum eſt in Statuto ſub Rub. De modo procedendi in cauſis maioribus; nec ſufficiat, nec poſſit dicere ſententiam in confuſo, alias intelligatur inſtantiam fuiſſe peremptam; quæ inſtantia incępta eſſe intelligatur à die primæ contradictionis, & durare debeat & poſſit per dies trigintaquinque continuos, & non vltra: Et ſi ſteterit per Iudicem, intelligatur feciſſe litem ſuam, & teneatur ad intereſſe parti exinde lęſæ, & incidat in pœnam lib. vigintiquinque appl. pro dimidia Cam. Duc. & pro alia dimidia dictæ Communitati: Et intelligatur ſtetiſſe per Iudicem, ſi poſt dictum terminum reprobatorium, fuerint ſibi pręſentatę ſcripturæ, & acta cauſæ infra quinque dies immediatè ſequentes, & inſtitum ad ſententiam.

¶ Volentes, & ſtatuentes, ꝙ appellatione inſtr̃ntorum veniant teſtamenta, codicilli, & donationes cauſa mortis, ita, ꝙ vigore ipſorum poſſit fieri dictum pręceptum dummodò de ipſis appareat publicum inſtrumentum.

¶ In obligationibus verò factum concernentibus, etiam ſi de eis publicum appareat inſtr̃ntum, non procedatur per viam pręcepti, nec pręſentis Statuti.

¶ Quòd ſi dictus allegatus debitor nullas exceptiones infra dictos quinque dies propoſuerit, vel ex propoſitis non probauerit ſaltẽ tot, quæ ipſum eleuẽt, infra dictũ terminum dierum quindecim, cogatur ſoluere petenti executionẽ pro qualibet exceptione non probata, ſoldos quinq; monętæ currentis, & etiã debitum, cum expenſis factis in cauſa, taxandis per Iudicem, nulla vlterius, à dicto debitore exceptione, vel defenſione audita.

¶ Quòd ſi Reus comparens propoſitis ſuis exceptionibus in ſupraſcriptis dilationibus, vt ſupra, aſſignatis, vel aſſignãdis, & ſimiliter actor allegaret ſe habere inſtr̃nta, teſtes, & iura extra iuriſdictionem D. Iuſdicentis, quo ad hoc volumus procedi iuxta modum per nos ſtatutum ſupra.

¶ Declarantes, ꝙ ſi poſtea aliquo tempore appareret, vel apparere poſſet legitimè, id quod petitum, ſolutumuè fuerit, alias fuiſſe ſolutum dicto ſuo creditori, vel alio modo ſibi ſatisfactum fuiſſe, aut creditorem, vel hęredes ſuos finẽ feciſſe, & liberationem debitori, tunc eo caſu cogatur ille talis allegatus creditor, de facto, & ſine aliqua iuris ſolẽnitate, debitori reſtituere duplum totius eius, quod ſoluiſſet dicto creditori, ſi creditor fuerit ille, qui recepit ſolutionẽ, vel fecerit finem, vel ſibi fuerit ſatisfactum, & iterum receperit, & exegerit.

Si autẽ hęres eius fuerit ille, ſeu alius, ꝗ hũerit cauſã, ab ipſo creditore, ꝗcq̃d ſolutũ, & exactũ fuerit, vigore pñtis Statuti, reſtituere cogatur cum expẽſis, & non duplum, ipſo tali iurante ſe ignoraſſe de dicta tali ſolutione, & fine: ſi verò iurare noluerit, cogatur ad duplũ, vt ſupra dictũ eſt de ipſo prĩcipali creditore.

Et licet à pręcepto, & proceſſu pr ędictis ſtatuamus appellari non poſſe, nec de eis de nullitate dici, nec per viam ſupplicationis, vel in integrum reſtitutionis, vel officij Iudicis contra prędictum pręceptum, & proceſſum agi, attamen ęquum nobis viſum fuit, à ſententia, & ſeu pronuntia Iudicis pronunciantis instrumen-



inſtrumentum eſſe exequendum, vel non exeq̃ndum, exceptiones obſtare, vel nõ obſtare, poſſe appellari, & de nullitate dici, & ſup eis ꝓcedi, ꝓut ſupra in Statuto, ſub Rub. De appellationibus, prohibẽtes in his cauſis cõſiliũ ſapiẽtis peti.

Declarantes ꝙ ventillatis ventillandis, & ſeruatis ſeruandis, ac peractis peragendis iuxta formam prędictam, cum deueniendum ſit ad effectualem, & realem executionem inſtr̃nti, cuius petita fuit executio, exequatur & exequi debeat eo modo, quo ſup. in Statuto ſub Rub. De executione ſentẽtiæ, in omnibus, & per omnia, decernentes etiam, & prouidentes, per prędicta, vel aliquod prędictorum, alicui viæ, ſeu formæ procedendi ordinariè, vel aliter, vllo modo non pręiudicari, immò licitum ſit omnibus, & ſingulis volentibꝰ, forma præſentis Statuti omiſſa, vti à principio qualibet alia via, aliquibus in contrarium facientibus non obſtantibus.

¶ Adijcientes, ꝙ ſi ille, cui factum fuerit pręceptum, in termino proponendarum exceptionum, vel priꝰ in iudicio confiteatur debitum, de quo in inſtr̃nto & petat terminum, tunc Iudex aſſignet ei terminum decem dierum ad ſoluendum, & poſſit, & debeat procedi ſup pręmiſſis quolibet tẽpore, aliquibus ferijs non obſtantibus, exceptis ferijs in honorem Dei, & repentinis, nec computentur in inſtantia dies feriati, propter Reſurrectionem, & Paſſionem, & Natiuitatem Domini N. Ieſu Chriſti.

Non habeat tamen locum hoc noſtrum Statutum in contractibus, nec in creditoribus vſurarijs, quod Statutum nõ poſſit interpretari, nec gloſari, ſed intelligi debeat pręcisè, prout iacet ad literam.

¶ Et, quia quandoq; contingit eſſe appoſitum iuramentũ in eo inſtrumento, vigore cuius emanauit dictum pręceptum, volumus ꝙ, ſi ille cui factum fuerit tale pręceptum, allegauerit, anteq̃ ſit lapſus terminus pręponendarum exceptionum, & antequàm aliquis propoſuerit coram Iuſdicente, à quo emanauerit tale pręceptum, ꝙ ſe velit facere habilitari, ſiue abſolui à tali iuramento, tunc Iudex cauſæ ſuſpendere teneatur ipſam cauſam per quatuor dies continuos tantùm, infra quos pateat ſibi facultas ſe abſolui, ſeu habilitari faciendi, ſi de iure ſibi competet. Quo termino elapſo, procedatur, nec vlterius expectetur, & etiam pręſens Statutum vẽdicet ſibi locum in tacita reconductione, vbi de prima locatione conſtaret per publicum inſtrumentum.

## ¶ *De ſequeſtro, & reuocatione ſequeſtri.* Rub. XXXIIII.

ORdinamus, ꝙ D. Iuſdicens Poteſtariæ Sextulæ teneatur & debeat ad inſtantiam cuiuſlibet petentis rem quamlibet mobilem, vel ſe mouentem, facere ſequeſtrari ſine aliqua cauſæ cognitione, delato prius per ipſum D. Iuſdicentem iuramento ipſi petenti ſequeſtrum fieri, ꝙ non petit ex calumnia, vel malitia ipſum ſequeſtrum

queſtrum fieri,ſed ꝙ debitorem ſuum habet ſuſpectum,& ꝙ ipſe eſt verus creditor illius, cuius rem petit ſequeſtrari, exprimendo quãtitatem dicti debiti,ſi ipsũ fieri petit de bonis ſui debitoris, vel ꝙ timet ne res ſequeſtrata baratetur.

¶ Statuimus etiam,ꝙ quilibet penes qué res ſequeſtranda inuenta ſit,teneatur pœna lib.quinque,ipſam rem in ſequeſtrum accipere.

Diſponentes quoq;, ꝙ Maſſarij locorum Poteſtariæ Sextulæ, penes ſe recipere teneantur ſequeſtra mandato D. Iuſdicentis facta, ſub pœna prędicta, expenſis petentis ſequeſtrum fieri,& ea fideliter tenere,& cuſtodire,& nemini de ipſis reſpondere ſine licentia D.Iudicis, ſub pœna lib.quinque appl. pro dimidia Duc.Cam.& pro alia dimidia Communitati,& teneantur,ſi cõtrafecerint, ad damna,& intereſſe illius,qui ſequeſtrari fecerit.

Et ſi re ſeq̃ſtrata,eſſet, vt puta fructus colligẽdi, tũc poſſint ipſi fructus colligi expẽſis rei ſeq̃ſtratę, & cõduci quo opportunũ fuerit, ꝑ illũ,cui ſit ſeq̃ſtrũ.

¶ Volumus etiam ꝙ ſi ille, contra quem commiſſum fuit ſequeſtrum, pręſtiterit fideiuſſionem,& ſecuritatem idoneam de iudicio ſiſti,& iudicatũ ſoluẽdo, eo caſu ſcilicet, quo ſequeſtrum factum fuit de aliqua re, pro obligatione perſonali,ipſum ſequeſtrum reuocetur, & reuocari debeat per Dñum Iudicẽ.

Si verò factum fuerit ſequeſtrum contra aliquem,pro aliqua re, quam creditor aſſerit eſſe ſuam,ſimiliter ipſum ſequeſtrum reuocetur,& ceſſari debeat, ſi ille contra quem factum fuerit ſequeſtrum, ſecuritatem de ipſa re non barattanda,ſaluanda, reſtituenda, & pręſentanda ſecundum mandatum Iudicis, & de expenſis reſtituendis, pręſtiterit.

Statuimus etiam ꝙ ille, cuius inſtantia factum fuit ſequeſtrum, teneatur, & debeat infra terminum triginta dierum continuorum à die facti ſequeſtri, petijsſe coram D. Iuſdicente, & feciſſe expediri, & terminari ipſam cauſam, in qua volumus procedi ſummariè de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij,& infra dictum terminum ipſe D. Iuſdicens teneatur & debeat expedire, & terminare dictam cauſam,ſi fuerit eidem pręſentatus proceſſus ipſius cauſę, ante vltimum diem dicti termini, ꝑ octo dies, de qua pręſentatione proceſſus in actis curiæ appareat, alias inſtantia ipſi Iudici ſit perempta, & ita eſſe intelligatur,& teneatur Iuſdicens partibus ad damna, & intereſſe.

Si verò per partem, ad cuius inſtantiam fuit factum pręceptum, non fuerit pręſentatus dictus proceſſus infra dictum terminum, & hęc cauſa non fuerit terminata,inſtantia peremptã ſit,& eſſe intelligatur eidem,& vlterius condemnetur parti aduerſæ in expenſis,& intelligatur renunciaſſe ſequeſtro,& ille, penes quem factum fuit ſequeſtrum, non teneatur amplius rem in ſequeſtrum retinere,nec eam cuſtodire,perinde ac ſi ipſum ſequeſtrum fuiſſet reuocatum, vel non fuiſſet factum.

¶Decernẽtes executionẽ cõtra fideiuſſores p̃ſtitos ꝓ reuocatione ſequeſtri, poſſe fieri nulla facta excuſſione cõtra principalem, ꝑinde ac ſi eſſent iudiciarij fideiuſſo-



fideiuſſores,&ita ſint,& eſſe intelligantur,ẽt ſi extra iudicium pręſtiti fuerint.

¶ Nolumus autem ſequeſtrari poſſe aliqua animalia à iugo, nec aliqua inſtrumẽta ad agriculturam apta,aliquorum ſubiectorum Iuriſdictioni D. Iuſdicentis curię Sextulæ,ſi modo in alijs bonis fieri poſſit ipſum ſequeſtrum,ſub pœna ſoldorum viginti pro quolibet,& qualibet vice, qua fuerit contrafactũ, appl.parti exindè lęſæ,& nihilominus ſequeſtrum ſit ipſo iure nullum.

¶ Nec poſſit aliquod ſequeſtrum reiterari,& pluries fieri de aliqua re,ad inſtantiam alicuius,qui aſſerat ſe creditorem,& petierit ſequeſtrum fieri.

¶ *De tacita hypotheca emanata ex pręceptis vel ſententijs.* *Rub.* XXXV.

CVpientes obuiare fraudoloſis alienationibus,quæ poſt pręcepta de ſoluendo, vel poſt ſententias latas fiunt in creditorum deluſionẽ, prouidemus, ꝙ à tempore pręcepti de ſoluendo facti in conuictũ, vel confeſſum, vel quaſi,& tàm in cauſa ciuili, quã criminali, omnes res,& bona eius,cui dictum pręceptum factum fuit ſint,& eſſe intelligãtur ipſo facto,& ipſo iure,tacitè obligata creditori, in cuius fauorem pręceptum factum fuit,& hanc tacitam hypothecam volumus tranſire ad hęredes vniuerſales,& ſucceſſores dicti creditoris, & contra hæredes vniuerſales, & ſucceſſores dicti debitoris,ac etiam contra quemcunque poſſeſſorem bonorum translatorum poſt pręceptum,non habentem potiora iura.

¶ Et prędicta locum habere volumus etiam vbi lata fuerit ſententia diffinitiua, iudicialis, & arbitratoria: declarantes, ꝙ tempore ſententiæ latæ in cauſa principali, incipiat dicta hypotheca efficax, ſiue illa ſententia abſq; recalamatione tranſiuerit in rem iudicatam, ſiue ab ea quouis modo fuerit reclamatũ, & reclamatione non obſtante quouis modo,fuerit ipſa confirmata:Si verò prima fuerit abſolutoria, & ſecunda infirmatoria, incipiat à ſecunda, vel ab alia quæ tranſierit in rem iudicatam.

¶ *Quod creditor prius agat contra principalem & eius bona quam contra fideiuſſorem.* *Rub.* XXXVI.

STatuendo ordinam⁹,ꝙ creditores omni caſu prius agere debeant contra principales debitores, & contra eoram bona,q̃ contra fideiuſſores, & eorum bona: & teneãtur primò fieri facere excuſſionem,& inquiſitionem de bonis, & in bonis principalis debitoris,&non audiãtur quoquo modo ipſi creditores agẽtes cõtra fideiuſſores,& eorum bona, niſi ſeruatis p̃dictis: & ſi cõtra p̃dicta factũ fuerit, q̄cq̄d actum fuerit,& ſecutum cõtra fideiuſſorẽ,ſit ipſo iure nullũ:nõ obſtãte, ꝙ oẽs inueniantur in aliquo inſtr̃nto deſcripti vt principales,& non obſtãte,ꝙ ipſi fi-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ipſi fideiuſſores cõſtituerint ſe,ac obligauerint vt principales; & non obſtante aliqua renunciatione de pñti Statuto facta, qm̃ nolumus ipſi poſſe renũciari.

¶ Declarãtes,ꝙ oĩs, qui interceſſerit obligationi alterius, dicatur fideiuſſor, & non principalis, etiam ſi vt principalis reperiatur deſcriptus in inſtr̃nto, & idem vbi fuerit promiſſum alicui de conſeruatione indemnitatis ab alio obligato, quoniam nolumus in hoc, modo aliquo dictã conſeruationem obſtare.

Et prędicta locum habeãt, niſi aliter per alia Statuta noſtra in pręſenti volumine comprehenſa aliquo caſu eſſet prouiſum, eo tamen ſemper ſaluo, ꝙ ſi aliquis ſe obligauerit, promiſerit, fideiuſſerit, vel interceſſerit alicui ad inſtantiam alicũius forenſis, & non ſubiecti dictæ Poteſtariæ, & in ea non habitantis, per inſtr̃ntum publicum, ſeu aliquo quocunq; modo pro aliqua quantitate, ſeu re, vel facto, creditor poſſit, ac valeat, & ei liceat habere regreſſum tàm contra fideiuſſorem, & promiſſorem, & res & bona eius, quàm contra principalem, & eius bona ad electioné dicti creditoris in agendo, & petendo, ac debitum conſeq̃ndo, contra quem eorum velit: non obſtante, quòd talis principalis haberet, & poſſideret bona in dicta Poteſtaria, & non obſtante, ꝙ non facta fuerit excuſſio bonorum contra ipſum principalem.

¶ *Quod nulla tenuta detur, niſi citato poſſeſſore.* Rub. XXXVII.

DEcernimus D. Iuſdicenté nõ poſſe, nec debere dare tenutam aliquam, vel poſſeſſionem alicui perſonę; Communi, Collegio, & ſeu Vnuierſitati de aliqua re, niſi pri⁹ legitimè citata parte, contra quã talis poſſeſſio, & tenuta petitur, & niſi prius citato poſſeſſore, & laboratore, vel habitatore ipſius rei, de qua petita fuerit tenuta, & poſſeſſio, & omnis tenuta, & poſſeſſio data contra pñtem cõſtitutionem, nõ valeat ipſo iure, & perinde ac ſi nõ fuiſſet data, habeatur, & D. Iuſdicens prędictis contrafaciens incurrat pęnam lib. xxv. appl. ꝓ dimidia Ca. Duc. & pro alia dimidia dictæ Cõitati, & vlterius de hoc Syndicatui ſubijciatur.

¶ *De dationibus in ſolutum.* Rub. XXXVIII.

STatuimus, ꝙ in dationibus in ſolutum in omni caſu. s. quo aliter ꝑ pñtia Statuta non fuerit prouiſum, ſeruetur hic modus, & forma, vz. ꝙ ſi creditor, vel habens cauſam ab eo petierit à D. Iudice ſibi dari tenutã de bonis alicuius ſui debitoris iam cõfeſſi, vel conuicti quacũq; de cauſa, de qua corã ipſo Iudice ſummariè prius appareat, exprimẽdo loca, & cõfinia, citata parte, contra q̃ talis tenuta, vel poſſeſſio petitur, citato poſſeſſore, laboratore, & ſeu habitatore ipſius, teneatur, & debeat Iuſdicens ꝓcedere ad dationem tenutæ, & dare tenutam eidem creditori in, & de bonis debitoris



bitoris, primo mobilibus, ſecundo de immobilibus, tertio de iuribus, & actionibus, & ſeu nominibus, ſi mobilia, aut immobilia non ſufficiant dicti ſui debitoris, vel eius hęredum, & tenuta non vitietur, ſi in plus, aut minus accepta fuerit, q̃ ſit quãtitas petita, vz. per vnum ex nuncijs curiæ pro quãtitate petita, & expẽſis, qua tenuta data, & accepta, ille qui acceperit tenutã, teneatur facere notificari legitimè ipſam tenutam debitori aut poſſeſſori bonorũ dictæ tenutę infra decem dies continuos à die tenutæ computandos, & ipſum debitoré, aut poſſeſſorem prędictum citari facere ſecundum formã pręſentium Statutorũ, ꝙ ipſam tenutã exigere, & recuperare debeat infra quindecim dies continuos tunc proximè ſequentes à die notificationis, & citationis ꝑdictæ, quo termino elapſo, & accuſata contumacia dicti debitoris non recuperantis tenutam, Iuſdicens teneatur, & debeat in continenti, inſtante eo, cui data fuerit tenuta, expellere debitorem, & ſeu poſſeſſorem de dicta re, & ipſum creditorem, vel qui pro eo eſſet, manutẽre, manu militari, & iuris remedijs opportunis, in dicta re, de qua data fuerit tenuta, & talis miſſus in poſſeſſionem prędictam lucretur fructus rei, cuius data fuerit tenuta, pro rata quantitatis, & ſummæ, crediti, & expenſarum, & pro tanto tempore, quanto ſteterit in tenuta prędicta: & ſi is, q tenutam acceperit, elegerit viam retinendi, & penes ſe retinere voluerit ipſam tenutam, ideſt rem acceptam in tenutam, tunc citatis legitimè citãdis, & nulla oppoſita exceptione, eligantur duo ęſtimatores per partes. s. vnus per quãlibet partem, vel ſi Reus dare voluerit, aſſummantur ęſtimatores à parte actoris, & à D. Iudice, qui cum eorum iuramento bona fide ęſtimare debeant, & ęſtimẽt, ac referant D. Iudici precium dictæ rei, & facta relatione ęſtimationis D. Iudex qñcunq; ad petitionem actoris, declarare poſſit, & debeat, ac teneatur illud eſſe precium iuſtũ, & iuſtam ęſtimationem illius rei, ꝙ, & quam dicti ęſtimatores fecerunt, & retulerunt, & adiudicare in ſolutum rem ipſam creditori, pro concurrenti quantitate crediti & expenſarum, & liceat dicto creditori habere emptã pro ęſtimatione pręfata, ꝓ rata ipſius ęſtimationis, & crediti, & expenſarũ. vbi verò exceptio aliqua oppoſita fuerit, tunc pro eius probatione procedatur, & termini aſſignetur ſecundum formam pręſentium conſtitutionum, diſponentium in cauſis inſpectis quantitatibus; Si verò tenutam acceperit animo vendendi, & eã ſubhaſtandi, ac vendi voluerit, tunc inſtante creditore, & citatis legitimè citandis, Iudex terminum quinq; dierum continuorum eis aſſignet, ad opponendum, ne ſubhaſtationes bonorum, de quibus in tenuta, committantur, & fiant, in quo termino, ſi exceptiones oppoſuerint, tunc pro earum deciſione procedatur, & termini aſſignetur ſm̃ Statuta noſtra diſponentia in cauſis inſpectis quantitatibus; Si verò nullas exceptiones oppoſuerint, aut tales, quæ minimè obſtent, vel ſi tales eſſent, quæ Iudici obſtare non viderẽtur Iudex ipſe ſubhaſtationes fieri committat ꝑ vnum ex nuncijs curiæ ad Bancũ iuris D. Iudice ſedente pro iure reddendo; ſingulis horis iuridicis per octo dies continuos,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

continuos,quæ ſubhaſtatio in effectu contineat primò tenutam datã talis rei, & æſtimationem, & precium prędictum, & ꝙ ipſa res dabitur plus offerenti, & comparente emptore plus offerente quandocunque infra terminum dictarum ſubhaſtationum coram dicto D. Iudice pro tribunali ſedente, per ipſum Iuſdicentem,eidem creditori,rem ſeu res ipſas,vel partẽ ipſius, vel ipſarũ, quæ ſufficiat ad ſatisfactionẽ crediti, & expenſarum factarum, & fiendarũ, licentia vendendi,dicto creditori detur, & concedatur, & emptor per ipſum in poſſeſſionem rei,vel rerum inducatur manuteneaturq́; ac defendatur per D.Iudicẽ, ac habeat ipſe emptor bona debitoris prędicti hypothecata: Et ſi res, de qua vel quibus data fuerit licentia vendendi, vendita plus fuerit, q̃ fuerit debitum cũ expenſis,creditor ſuperfluũ debitori,vel eius hęredibus reſtituere teneatur, vel cogatur,mandato Iudicis,ipſum ſuperfluum deponere: Et ex quo res data, vel datæ fuerint in ſolutũ vel licentia vendendi vt ſupra,non poſſit, nec debeat ius reddi de dicta re, vel rebus, & contra quem data fuerit tenuta, niſi de eo, ꝙ plus vendita fuiſſet, vel niſi aſcenderet ipſius rei, vel rerum æſtimatio de ipſa, vel de ipſis facta vltra debitum, & expenſas, & prędicta locum habeant in debitis pręſentibus, pręteritis, & futuris.

¶ Et nulla tenuta detur,vel dari poſſit de bobus aratorijs,neq; de zappis,vel alijs inſtr̃ntis aptis ad agriculturã,neq; de aliquib⁹ libris, eo ſaluo, ꝙ ſi nõ repiatur de alijs bonis debitoris,de q̱bus poſſit ſatisfieri creditori,ꝙ tunc poſſit pign⁹ accipi,& tenuta dari de reb⁹ p̃fatis,& ſi aliter data fuerit,nõ valeat ipſo iure.

*¶ De modo,& ordine tenendis per fideiuſſores,contra principales,& eorum hęredes,& bona. Rub. XXXIX.*

STatuimus,ꝙ quilibet, qui pro aliquo, vel aliquibus fideiuſſerit, vel quomodocunq; pro alio interuenerit, ſi fuerit conuentus, ſeu citatus occaſione dictæ fideiuſſionis, vel conſtitutionis, & ſeu ſoluerit, poſſit in continenti conuenire dictum debitorem, ſeu debitores principales, & D.Iuſdicẽs inſtãte dicto fideiuſſore ſeu conſtitutore teneatur,& debeat capere,& detinere debitorem, & etiam pignorari facere illum, ꝓ quantitate, pro qua cõſtiterit ipſum fideiuſſorem fideiuſſiſſe, & ꝙ vna via electa, poſſit redire ad aliam ad voluntatem fideiuſſorum, & ſeu conſtitutorũ,facta fide per eos fideiuſſores,& ſeu conſtitutores, qualiter citati fuerint,aut ſoluerint debitum occaſione prędicta: Et in hoc procedatur in fauorem ipſorum fideiuſſorum,& ſeu conſtitutorum,qui ſic fuerint citati, vel ſoluerint, ſola facti veritate inſpecta,& nulla iuris ſolemnitate ſeruata,quibuſcunque Statutis in contrarium facientibus, non obſtantibus.

Declarantes,quòd ſi fideiuſſor fuerit citatur, vel conuentus,& nondum ſoluerit,quòd ex hoc principalis debitor,ſi fuerit detentus,non relaxetur, nec pi-





gnora reſtituantur,ſi fuerit pignoratus, donec fideiuſſerit idoneè de cõſeruando ipſum fideiuſſorem indemnem.

Si verò fideiuſſor ſoluerit,tunc nullatenus relaxetur ipſe principalis debitor nec pignora reſtituantur, niſi fideiuſſori prędicto ſatisfecerit omne id,& totũ, ꝙ ꝓ ipſo debitore ſolutum fuiſſet occaſione dictæ fideiuſſionis ꝑ ipsũ fideiuſſorẽ, & expenſas per eundẽ factas, ac etiã dãna, & intereſſe paſſa dicta de cauſa.

¶ Volumus inſuper, ꝙ etiam anteq̃ ipſe fideiuſſor citetur, vel conueniatur occaſione prędictæ fideiuſſionis á creditore prędicto debitor principalis teneatur ad inſtantiam ipſius fideiuſſoris, quandocunque ipſi fideiuſſori placuerit, cauere, & fideiubere, ac ſecurum facere ipſum fideiuſſorem de conſeruando eundẽ indemnem à fideiuſſione,& obligatione p̃dictis,& ad hoc pñlis debitor per D. Iudicem poſſit cogi perſonaliter, vel realiter ad electionem fideiuſſoris.

*¶ Qualiter creditores, quibus non eſt ſolutum per debitorem ſeu debitores, poſſint procedere contra illos, qui accepiſſent in ſolutum de bonis debitoris quoquomodo. Rub. XL.*

SAncimus,ꝙ ſi aliquibus creditoribus fuerit ſatisfactum per debitorem, ſeu alio modo ipſi creditores acceperint in ſolutum de bonis debitoris p̃dicti,ꝙ alij creditores, & ſeu creditor, quibus, vel cui non foret ſatisfactum,poſſint prędictis creditoribus, qui habuiſſent,& ſeu accepiſſent in ſolutum,offerre,& ſoluere illud totum, pro quo in ſolutum habuiſſent, & ſeu accepiſſent, & pro ſe retinere,& hoc infra vnum annum proximè futurum à die quo habuiſſent in ſolutum, abſq; notificatione aliqua,ita tamen, ꝙ ſi prędicti, & ſeu ille ex ipſis, qui accepiſſet,& ſeu accepiſſent in ſolutum,melioraſſent rem,& ſeu res in ſolutum habitas,ſuo facto,vel ſuis operibus,tunc etiam,& eo caſu teneantur illi,& ſeu ille qui velit,vel velint pro ſe rẽm accipere,& habere,ſoluere integraliter eis,etiam dictum melioramentum, iuxta ęſtimationem bonorum virorum, confidentium dictarum partium: & prędicta locum non habeant ſi illi, vel ille, cui, vel quibus data eſſent bona in ſolutum exburſare vellet,vel vellent illud plus,quo ipſa bona ęſtimarentur, vltra p̃tium, ꝓ quo rem, ſeu res in ſolutum accepiſſet vel accepiſſent iuxta ęſtimationem bonorum virorum cõfidentium partium.

Declarantes tñ prędicta non procedere, vbi debitor ipſe haberet bona, ex quibus cautum eſſe poſſet, & in quibus ſatisfieri poſſit ipſis creditoribus, quibus non eſſet ſatisfactum,nec in ſolutum datum.

Nec per pręſentem conſtitutionem derogatum intelligi volumus aliquibus creditoribus,quo ad hypothecam, quam haberent circa ipſa bona data in ſolutum,vt ſupra.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

¶ *De ordine tenendo in contradictionibus fiendis per creditores potiora iura habentes.* *Rub.* *XLI.*

P Rouidemus, vt iudicia cum minoribus expenſis expediantur, q̃ ſi aliquis creditor, quocunq; modo ſit creditor, de ſuo debitore conquerens, ꝓceſſum aliquem in bonis dicti ſui debitoris faciat, data etiam forte tenuta eidem creditori in ipſis bonis, vel non data, & aliqs creditor, quocunq; nomine creditor cenſeatur, cõparuerit, & ſe oppoſuerit pro ſuo credito ad proceſſum, qui fieret, ſeu ad tenutã, q̃ vel iam accepta eſſet, vel accipi timeretur, & dixerit ſe potiorem, & potiora iura habere in ipſis bonis, ad q̃ proceditur, vel procedi intenditur p creditorem ꝑdictum, qui incępiſſet cõqueri de dicto ſuo debitore, vel ꝓceſſum aliquem facere, ipſo irrequiſito, & q̃ amplius nõ debeat in ipſis talibus bonis, & proceſſibus procedi, niſi primo ſibi ſatisfiat de ſibi debitis, & de expenſis, vel q̃d aliud quomodocunq; fiat, vel dicatur, ꝓpter q̃ impediatur, vel impediri poſſit ipſe creditor, qui ſic incęperit conqueri de debitore ſuo, & proceſſum in eius bona, D. Iuſdicens teneatur ad requiſitionem illius creditoris, facere dilationem congruam, & ſtatuere dicto creditori ſic ſe opponenti, ad docẽdum ſe eſſe potiorem, & potiora iura habere in ipſis bonis, & ſucceſſiuè (conſtito apud Iudicem de pręmiſſis) ad accipiendum ex primo, & ſecundo decreto tot, & tãta bona de bonis ipſius debitoris, quæ ſibi ſufficiant pro ſuo debito, & expenſis legitimis: vel ſi forte nollet accipere in ſolutum ex ſecundo decreto, ſed cum minori expenſa procedere, ſtatuatur ſibi, & ſtatui debeat dilatio competẽs per D. Iudicem ad faciendum ſibi aſſignari in ſolutum, & Iuſdicens debeat ei aſſignare tot, & tãta bona ex ipſis bonis, quæ communi ęſtimatione aſcendant ad ſummam ſui crediti, & expenſarum, ita, quód talis creditor poſſit in ipſis bonis ſibi ſatisfacere, & ea ſibi facere adiudicari quandocunque ipſe voluerit.

¶ In reliquis autem bonis, quæ ſupererunt de bonis dicti debitoris, vltra ꝑdictam acceptationem in ſolutum, vel aſſignationem bonorum, liceat poſtea creditori illi, cui alter creditor ſe oppoſuerit, ꝓcedere ad acceptationem in ſolutum ex primo, & ſecundo decreto pro ſuo credito, & expenſis, non obſtante contradictione alterius creditoris.

Et ſi infra dilationem ſtatutam p Iudicem ipſi creditori, qui ſe oppoſuerit, idem creditor non acceperit in ſolutum, vel nõ fecerit ſibi aſſignari p Iudicem tot, & tanta bona de bonis prędictis, quæ ſufficiant ad ſua credita, & expenſas, liceat illi creditori, cui alter ſe oppoſuerit, procedere in ſuo proceſſu ad accipiẽdum in ſolutum ex ſecundo decreto, in q̃buſcunq; bonis debitoris ſui, pro ſuo credito, & expenſis, non obſtante dicta contradictione ſibi facta p alium creditorem, & quantum ad ipſa, q̃ acceperit in ſolutum, ꝑferatur dicto creditori, q̃ ſe oppoſuerit, & infra dilationem ſibi datam, non acceperit in ſolutum, vel negligens



gligens fuerit in faciendo ſibi aſſignari bona debitoris pro ſuo credito, & expẽſis, & in prędictis procedatur ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij modo prędicto, ſine alio libello, & litis conteſtatione, & prędicta locum habeant tàm in futuris negotijs, quàm in pręteritis, & etiam pendentibus.

¶ *De excuſſionibus fiendis contra principales debitores, & qualiter fieri debeant.* *Rub.* *XLII.*

O Rdinam⁹, q̃ ſi creditor allegauerit debitorem ſuum iam cõfeſſum, vel conuĩctum, non eſſe ſoluendo, & propterea vellet agere, & venire contra fideiuſſorem ipſius debitoris, vel agere hypothecaria contra tertium poſſeſſorem bonorum iam ipſius debitoris & creditori hypothecatorum, non audiatur niſi prius facta excuſſione cõtra debitorem principalem, & eius bona: quæ fieri debeat hoc modo & forma, vz. quòd creditor faciat legitimè citari ſuum debitorem, quatenùs infra certum tẽpus, vel terminum arbitrio D. Iudicis coram quo compareat ad dandum, & ſoluendum eidem creditori ſuo quantitatem, in qua dictus debitor fuit confeſſus, vel in ea conuĩctus, quidebitor, ſi non ſoluerit, ſed, inſtante creditore eius, per D. Iudicem interrogatus ipſe debitor, reſponderit ſe non habere bona aliqua, & ſeu habere bona, ſed non ſufficientia ad cõcurrentem quantitatem debiti, tũc D. Iuſdicens, ad inſtantiam creditoris, imponat duobus nuncijs curiæ, q̃ ipſi vadãt ad domũ, & in viciniam ſolitæ habitationis dicti debitoris, in Poteſtatia prędicta, & ibidem diligenter inquirant ab vxore, filijs & vicinis eius, ac domeſticis, an talis debitor poſſideat aliqua bona, & vbi, & in qua parte, & q̃; & qualia, & ibi etiam proclamãdo nuncient, ſi eſt aliqua perſona, quæ nouerit, an dict⁹ debitor poſſideat aliqua bona, & vt ſupra, & poſtea ipſi Iudici referant q̃cquid ſuper hoc intellexerint: & ſi retulerint nõ inueniſſe bona ipſius debitoris ſufficientia ad ſatiſfactionem creditoris, inſtãte creditore legitimè notificẽtur omnia, & ſingula prędicta fideiuſſori ꝑdicti debitoris, & poſſeſſori bonorum iam ipſius debitoris, & hypothecatorum ipſi creditori, & vlterius citentur quatenus infra terminum arbitrio Iudicis ſtatuendum, coram eo compareant ad docendum & nunciandum bona ipſius debitoris, ſi quæ poſſideat, & vbi, & in qua parte, & quæ, & qualia, in quo termino ſi non nunciauerint aliqua bona dicti debitoris ſufficientia, tunc ipſi, inſtãte creditore, iterato citentur ꝓ certo die, & hora iuris coram eo, ad audiendum declarari excuſſionem legitimè factam, & per ipſum D. Iudicem ꝓcedendum eſſe contra dictum fideiuſſorem, & ſeu dictum tertium poſſeſſorem, & ſucceſſiuè dicta die, & hora Iuſdicens declaret excuſſionem legitimè factam, & eſſe procedendum contra dictum fideiuſſorem, & ſeu tertium poſſeſſorem. Quibus ſic, vt ſupra, peractis declaramus, & volumus per creditorem poſſe conueniri, & grauari fideiuſſorem,

 & terti-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

& tertium poſſeſſorem, de quibus ſupra, aliter non.

### ¶ *De præſcriptione quindecim annorum.* Rub. XLIII.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi quis habuerit inſtrm̃tum, vel aliam ſcripturam publicam, vel priuatam, debiti, cautionis, vel pignoris, vel ius aliquod agendi, vel petendi, vel petendi etiã Iudicis officio, contra aliquem quomodocunq; vel qualitercunq;, & ex quacũq; cauſa, etiam ſi dictum creditum probare poſſet per teſtes, & non petierit in iudicio, vel extrà, pręſentibus teſtibus, infra quindecim annos continuos, volens agere, vel petere poſt dictos xv. annos, non audiatur, etiam excipiendo, niſi per exceptionem adduceretur compenſatio contra aliud debitum petitum ab aduerſario, qđ contractum fuiſſet pendente termino quindecim annorum prædictorum ſiue in genere, ſiue in ſpetie pro concurrenti quantitate, ſi debitor viuens iurauerit ſe ſolluſſe, vel aliter ſatisfeciſſe, & compenſatum fuiſſe, cuius iuramento ſtetur, & habeatur pro plena ꝓbatione; eo verò debitore mortuo, pręſumatur fictione pręſentis Statuti ſolutum eſſe, & ſatisfactum, & hęc locũ habeant in ſententijs, & pręceptis de debito pecuniario latis, & in quibuſcunque alijs obligationibus quomodocunque contractis, vel quaſi, & etiam ex vltima voluntate deſcendentibus, & pręſens diſpoſitio locum non habeat, in dotibus, nec augumentis dotium, nec in earum interuſurijs, nec in Notarijs pro mercede inſtrumentorum, nec in minoribus vigintiquinq; annis, nec in alijs, in quibus de iure communi non currit pręſcriptio, nec in pręſtationibus, quæ debentur iure affictus, p̃carij, vel locationis, nec in eis qui interrumpunt pręſcriptionem per citationem, vel requiſitionem, vel cõtumaciæ accuſationem, nec in legatis ad pias cauſas, vel amore Dei factis, nec in contractibus ſocietatis, nec habeat locum in fauorem illorum, qui non ſunt ſubiecti pleno iure Iuriſdictioni D. Iudicis Poteſtariæ Sextulæ.

¶ Adijcientes tamen, ſi qs mercedem ſuam ab aliquo recipere debeat ex opibus, famulatu, vecturis, expenſis cibi, & potus, operibus bouum pręſtitis, nutritura, vel cuſtodia beſtiarum, vel alia quacunq; ſimili cauſa, & non petierit in iudicio, vel extrà, infra annum, finito tempore pręddicto, vlterius non audiatur modo aliquo, debitore tamen viuo iurante vt ſupra.

### ¶ *Quod probari poſſit per teſtes pecuniam ſolutam.* Rub. XLIIII.

SI aliquis debitor probauerit ſe pecuniam creditam ſoluiſſe creditori ſuo in totum, vel in partem, per duos, vel tres teſtes bonos, & legales, ſtetur dictis teſtium, non obſtante eo, ꝙ in inſtrm̃to debiti cõtineatur, ꝙ debitum non poſſit probari eſſe ſatisfactum, ſiue ſolutum, niſi



tum, niſi per inſtrumentum debiti inciſum, vel cancellatum, vel per aliud publicum inſtrumentum, nec huic Statuto poſſit renunciari modo aliquo.

### ¶ *Quòd aliquis non contrahat cum aliquo, cui bonis ſit interdictum.* Rub. XLV.

STatuimus, ꝙ nullus de cętero modo aliquo cõtrahat cũ aliquo, cui bonis ſit interdictum, & ſi contractus aliquis modo aliquo cum eo ſecutus fuerit, ſit ipſo iure nullus, & inefficax, & hæc locum habeãt, ſi tempore, quo interdictum fuit bonis, vel ſaltèm poſt infra tres dies cõtinuos tunc ꝓx. ſequentes, ipſa interdictio pręconizata fuerit palàm, & alta voce ad bancum, & ad officiũ caſellę iuris Sextulæ hora iuris, per vnum ex publicis nuncijs dicti loci, de quibus interdictione, & pręconio rogatus ſit, & eſſe debeat Notarius curiæ Poteſtariæ præfatæ.

Diſponentes, ꝙ D. Iuſdicens ad inſtãtiam ad minus duorum virorum bonæ famæ, & opinionis, habita ab ipſis informatione, diſſipatoris bonorum, poſſit, & debeat interdicere bonis, illi diſſipatori bonorum ſibi denunciato, vt ſupra, & D. Iuſdicens teneat ſecretos illos, qui ſic denunciauerint.

### ¶ *De contractibus Mulierum.* Rub. XLVI.

INdemnitatibus mulierũ, quarum ſexus fragilis eſt, & quæ blanditijs virorum alliciũtur, ꝓpter ipſarum verecundiam, ſexum, timoréq; reuerentialem, quem eis ſexus, & natura induxit, hac ſalubri lege, prout poſſimus ꝓuidentes ſtatuimus, quòd nulla mulier cuiuſcunq; ætatis ſit, nupta, vel non nupta, poſſit aliquẽ contractum, vel quaſi contractum, vel diſtractum, obligationem confeſſionẽ alicuius quantitatis receptionem, fideiuſſionem, donationem, venditionem, alienationem, vel quẽuis alium contractum inire, vel hęreditatis aditionem, vel immiſſionem facere, per q̃, ſeu quem quoquo modo appareat obligata, vel aliꝙ qualecunq; pręiudicium ſibi generetur, ſine pręſentia, & conſenſu patris, ſi ſupereſt, vel vnius ſaltem ex filijs, ſi pater mortuus ſit, maioris tñ xxv. annis, vel fratris, vel duorum fratrum, ſi ipſos, vel ipſum habuerit, vel pręddictis deficientibus, cum pręſentia, & conſenſu duorum proximiorum, maiorum annis xxv. quorum vnus ſit, & parte patris, alter verò, & latere matris, vel ambo ex altera linea tantùm, ſi in altera deficiant propinqui, & ſi ex altera linea duo non reperiantur in rerum natura, ſufficiat conſenſus vnius tantùm, ſi vnus tantùm extet, & intelligatur, ꝙ tales perſonæ ſint bonæ cõditionis, & famæ, & opinionis, ac diſcretionis, & ab omni ſuſpitione remotę, & quòd in dicto contractu nullum habeant intereſſe, & in ipſo cõtractu, vel inſtrm̃to eidem, cui ſe obliget mulier, nõ obligentur, & alter factus cõtract⁹, obligatio, & cõfeſſio, renũtiatio,

 fideiuſſio,

fideiuſſio, donatio, venditio, alienatio, hęreditatis aditio, vel immiſcio, vel alius quiuis contractus, vel quaſi non valeat, & non teneat ipſo iure, etiam ſi in aliquo prędictorum interuenerit iuramentum, quod nolumus, & prohibemus in aliquo ex pręfatis interponi, vel iurari, & ſi interpoſitum eſſet, ex nunc authoritate pręſentis Statuti intelligatur, metu, dolo, & per vim extortum, & in fraudem ſexus muliebris.

¶ Hoc addito, ꝙ ſi qua perſonarum prędictarum, cuius pñtia, & conſenſus exigitur, fuerit abſens à Poteſtaria Sextulæ, pręſentia illius adhibeatur, cuius adhiberetur, ſi ille abſens non eſſet in rerum natura.

Hoc etiam addito, ꝙ ſi talis propinquus, & conſanguineus, cuius pręſentia requiritur, requiſitus fuerit à muliere, vel ab alio eius nomine, vel de commiſſione Iudicis ꝑ nuncium curiæ Sextulæ, vt veniat ad conſentiendum alicui prędictorum, & ei declaretur locus, & tempus contractus, & actus celebrandi, & venire neglexerit, tunc debeat alium proximiorem requirere, perinde ac ſi ille primò requiſitus non eſſet in rerum natura, ita, vt amplius non ſit neceſſaria illius requiſitio ſpontè tamen veniens admittatur.

Quibus tamen nolentibus, vel ex cauſa recuſantibus, negligentibus, vel nõ extantibus in rerum natura, vel non repertis, poſſit ipſum contractum, & omnia alia prędicta celebrare, ſeu facere abñtia eorum nõ obſtante, cũ pręſentia D. Iuſdicentis, qui D. Iudex teneatur diligenter perſcrutari à vicinis, & ab alijs, qui ſimiliter notitiã haberent rerum gerendarum, & cauſæ cõtractus, vel actus celebrãdi ꝑ mulierẽ, & ſi viderit tendere ad vtilitatem eius, interponere debeat authoritatem, & conſenſum ſuum, & in hoc conſcientiam eius oneramus.

¶ Item ſtatuimus, ꝙ ſi qua perſona mulier aliquam fideiuſſionem obligationem, vel promiſſionẽ fecerit ꝓ eius marito: in quo loquitur. Aut. ſi qua mulier. C. ad vell. vel cum ipſo marito, non valeat, etiam ſi in dicta obligatione, fideiuſſione, vel promiſſione iuramentum interpoſitum fuerit, ꝙ authoritate pręſentis Statuti volumus intelligi, & metu, & minis, & terroribus mulieri illatis extortum fuiſſe, etiam ſi aliquo tempore talis actus, & contractus per mulierem fuerit ratificatus, nec poſſit probatio in contrarium admitti, nec vigore talis obligationis, promiſſionis, vel fideiuſſionis poſſit aliquis agere, vel experiri in iudicio, nec ab aliquo Iudice quocunque modo audiatur.

Et ſimiliter non valeat renunciatio facta per mulierem in vltimis bonis viri, pro iure ipſi competenti pro dote ſua, etiam ſi iuramẽtum interuenerit, quod ſimiliter pręſumatur metu dolo, & ꝑꝑ minas, & terrores ei illatos, extortũ eſſe, etiam ſi poſtea ratificatum fuiſſet, vt ſupra, niſi tamen aliter fuerit diſpenſatũ eiſdem mulieribus per Illuſtriſs. D. Ducem noſtrum.

¶ Et prędicta non intelligantur in conſtitutionibus ꝓcuratorum ad cauſas nec in tenutis, nec in actibus, ſeu negotijs iudicialibus, nec in receptionibus pecuniarum infra libras decem ſemel tantùm pro vnico debito, nec in confeſſionibus



ſionibus vſq; ad dictam quantitatem, nec ſi receperit aliquid extra pecuniam pro neceſſitate victus, & veſtitus, nec in locationibus domorum, poſſeſſionũ vel rerum mobilium, vſq; & infra tempus quinq; annorum, dummodò vno anno pro pluribus mercedẽ non recipiat, nec in cõductionibus laboratorum, vel famulorum, teneantur tamen mulieres ex cõtractibus, & diſtractibus quatenus factæ ſint locupletiores.

*¶ De non contrahendo cum aliquo, qui excedat annum ſeptuageſimum ſine certa ſolemnitate.* Rub. XLVII.

ORdinamus etiam, & diſponimus, ꝙ nullus, qui excedat annos ſeptuagĩta ſuę ętatis, poſſit cõtrahere, vel quaſi, vel diſtrahere ſine licentia D. Iuſdicentis, & duorum eius propinquorum, qui habeant notitiam rerum gerendarum, & cauſæ cõtractus, vel quaſi, vel diſtractus, & ſi viderit tendere ad vtilitatem eius, interponere debeat authoritatem; & in hoc conſcientiam eius oneramus: nec vigore contractus, vel quaſi, vel diſtractus facti contra pręſentem diſpoſitionem, poſſit aliquis agere, vel experiri in iudicio, nec ab alio Iudice quocunq; modo audiatur, & ꝗcꝗd ſecutũ fuerit cõtra formã pñtis Statuti, ſit ipſo iure nullum, & inefficax, ẽt ſi iuramentum interceſſerit, ꝙ nolumus, & prohibemus interponi, & ſi interpoſitum eſſet ſuper aliquo ex prędictis, ex nunc, authoritate pręſentis Statuti, intelligatur dolo, & metu extortum.

*¶ De modo ſeruando in contractibus minorum.* Rub. XLVIII.

QVoniam ex nouo iure authẽticorum ꝑ authenticam. Sacramẽta puberum. C. ſi aduerſus venditionem, eſt ordinatum, ꝙ ſacramenta pręſtita per minores puberes, ſpontè in contractibus inuiolabiliter obſeruẽtur, maximè ſi ſeruari poſſint ſine peccato, & intuitu ſalutis ęternæ, & aduertẽtes, ꝙ eo modo minores ipſi decipiuntur, & faciliter ad iurandum inducuntur, quod in lachrimas, & pernicies eorum minorum ſuccedit: Ideò pręſenti, & prouida lege ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ de cętero nullus minor annis viginti poſſit aliquem contractum vel quaſi contractum, vel diſtractum, obligationem, confeſſionem, abſolutionem, remiſſionem alicuius quantitatis, renunciationem, fideiuſſionem, donationem, venditionem, alienationem, vel quemuis alium contractum inire, vel hęreditatis aditionem, vel immiſtionem, per quem, vel quam quoquo modo appareat obligatus, vel aliꝗd qualecunq; ſibi pręiudicium generetur, ſine pñtia, & cõſenſu patris, vel aui, ſi ſupeſt, qui loco curatoris hoc caſu intelligantur, & ſint obligati, ac ſi eſſent curatores dati, & obligati, qui ſufficiant, qñ contractus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ctus ſit cum alio, q̃ cum ipſo patre, vel auo, & ſi contractus fiat cum alijs, ipſis patre, & auo defunctis, tũc cum pręſentia curatoris, ac authoritate ipſius, etiam ſine inuentarij confectione, niſi fortè eſſet generalis curator, & etiam cum pñtia, & conſenſu duorum proximiorum attinentium, maiorum annis viginti quinque ex parte patris, ſi haberi poſſunt, ſin autem, ex parte matris, & his deficientibus, ſine conſenſu duorum vicinorum, qui ſint maiores, vt ſupra, & qui omnes ſint bonæ diſcretionis, conditionis, opinionis, vitæ, & famæ, & ab omni ſuſpitione remoti, & qui in dictis contractibus nullum commodum habeant, & in ipſo contractu, vel inſtr̃nto nullo modo eidem, cui ſe obligat minor, obligentur, & etiam in pręſentia, & cum decreto D. Iuſdicentis.

Et ſi dictus minor contraheret cum patre, vel auo, obſeruetur, ꝑut cum alijs extraneis, & aliter factus contractus, obligatio, confeſſio, vel renunciatio, fideiuſſio, donatio, venditio, alienatio, vel hęreditatis aditio, immiſtio, vel ali⁹ quiuis contractus, vel quaſi, vel diſtractus non valeat ipſo iure.

¶ Prohibentes, ꝙ nulla perſona poſſit contrahere, vel quaſi, vel aliquid agere aliquo, ex p̃dictis, modo, cum aliquo, vt ſupra, minore, ſine ſolẽnitate pręſentis Statuti, etiam ſi in prędictis, vel aliquo pręd ictorum interceſſerit iuramẽtum, ſub pœna lib. vigintiquinq; appl. Cõmunitati Poteſtariæ Sextulæ, & vlterius contractus non valeat, & ex nunc prohibemus in aliquo ex pręd ictis interponi iuramentum, vel iurari, niſi ſeruata forma pręd icta, & ſi interpoſitum fuerit, dicta forma non ſeruata, ex nunc authoritate pręſentis Statuti intelligatur, metu dolo, & per vim extortum, & in fraudem ipſius minoris, declarantes, ꝙ contractus, vel quaſi contractus, vel diſtractus factus non ſeruata forma pręd icta, non valeat, nec teneat ipſo iure, ſcilicet, in damnum, & pręiudicium dictorum minorum, ſed valeat, & teneat in, & ad fauorem, & quatenus contineat vtilitatem, & commodum ipſorum minorum: Et pręd icta non vendicẽt ſibi locum in minoribus quatuordecim annis, ſi maſculi, ſi fęminæ duodecim, ſed in his, & circa eos, & eas procedatur, & fiat ſecundum, quòd ius commune exigit.

¶ Adijcientes, ꝙ dicti attinentes, & vicini, ſingula, ſingulis congruè referendo, qui interuenire debent, & conſentire, vt ſupra dictum eſt, penes dictum dominũ Iuſdicentem in ipſis contractibus, vel quaſi, iurare debeant ſe eſſe maiores annis vigintiquinque, & ſe eſſe agnatos, vel cognatos, aut vicinos, vt ſupra, quibus, de his credatur, quo ad validitatem contractus, & affirmare penes ipſũ D. Iudicem, ꝙ exiſtimant, & credunt dictum contractum cedere in vtilitatem dicti minoris, ita ꝙ in ſcriptis redigatur, onerantes plurimum conſcientiam D. Iuſdicentis authorãtis, vt ꝑſcrutari debeat diligenter id, quod geri intẽditur, ſeu geritur, ſi redundet in commodum ipſius minoris, & cauſas contractus, vel actus celebrandi ꝑ talem minorem, ſeu minores, & talis contractus, vel quaſi, ſeu diſtractus, qui fiet ſeruatis dictis ſolennitatibus, obtineat firmitatem in integrum, nõ adempta ꝓpterea ipſis minoribus facultate petendi beneficium

restitutionis



reſtitutionis in integrum, ſi de iure petere poterunt, aduerſus contractum modo pręd icto: Et pręd icta nõ vendicent ſibi locum, vbi minor ipſe eſſet paterfamilias, & ſe obligaret, vel contraheret in contractu, in quo nõ poſſit p̃iudicari minori veriſimiliter vltra ſummã lib. decem ex cauſa locationum, conductionum, victus, vel veſtitus ipſius minoris, vel eius familiæ, nec etiam in perceptionib⁹ annuis fructuum & reddituum ſuorum, quib⁹ caſibus relinquimus in diſpoſitione iuris communis, nec etiam habeant locum in caſibus, in quibus eſſet prouiſum aliter ex forma pręſentium Statutorum.

¶ Reſeruamus ſemper pręd ictis minoribus, facultatem diſponendi in vltima voluntate, ſm̃ ꝙ ius cõmune diſponit: Statuentes tñ, quòd dicti minores in caſibus pręd ictis ex contractibus, & diſtractibus ſuis, ſine ſolemnitatibus prædictis celebratis eatenus teneantur, quatenus facti ſunt locupletiores.

### ¶ *De annuis pręſtationibus.* Rub. *XLIX.*

STatuimus etiam, ꝙ ſi qs habere debẽs annuam, vel temporalem p̃ręſtationẽ vt ſupra, ſiue fuerit in pecunia, ſiue fuerit in blado, ſiue in oleo, ſiue in vino, & ſeu in alia quacunq; re ẽt diſſimili à pręd ictis, ſteterit per tempus, & ſpatium decem annorum cõtinuorum, quòd pręſtationem non petierit in iudicio, vel extrà, pręſentibus teſtibus, tunc pręſumatur vigore pręſentis Statuti eidem integrè ſatisfactum, ſaluo quam de duobus vltimis annis, nec audiatur modo aliquo de pręſtatione pręd icta niſi pro dictis duobus vltimis annis.

Decalarantes, ꝙ pręſtationem ſoluere debens, ſi ipſe probauerit ſe ſoluiſſe pręſtationem duorum vltimorum annorum, p̃ſumatur plenè ſoluiſſe, & ſatisfeciſſe pro toto tempore omnium annorum pręcedentium dictos duos vltimos annos, nec poſſit, nec debeat vlterius grauari: Et hoc non habeat locum in illis habere debentibus, qui ſtetiſſent ꝑ ipſum tempus abñtes à Poteſtaria Sextulæ, nec ẽt habeat locũ in fauorẽ illorũ, q̱ nõ eſſent ſubiecti pleno iure D. Iuſdicenti Poteſtariæ pręd ictæ, nec etiã habeat locum contra minores xxv. annis, nec etiam contra hæredes habere debẽtium, ſed ſtetur diſpoſitioni iuris cõis.

### ¶ *De detentione forenſium debitorum habitantium in Poteſtaria Sextulæ.* Rub L.

QVoniã ſępiſſimè contingit, ꝙ forenſes veniunt in Poteſtaria Sextulæ, & ibi contrahunt debita ex diuerſis cauſis cum habitatoribus dictæ Poteſtariæ, & poſtmodum, nolentes ſoluere, ſe abſtinent à veniendo ad ipſam Poteſtariam, ſed mittunt alios de familia, & qñq; habitatores dictæ Poteſtariæ, & ſeu eorũ hęredes, & ſucceſſores creditores nõ poſſunt conſequi ius ſuũ, nec ẽt habere executionẽ

realem,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І. І. МЕЧНИКОВА

realé,vel pſonalé cõtra debitores ſuos habitãtes extra dictã Poteſtariã, de eo ꝙ habere debent,vel fuerit iudicatum, de quo ſtetur iuramento dicti creditoris.

Indemnitati dictorum creditorum ſalubriter prouidentes, ſtatuimus,ꝙ in vtroq; caſuum prędictorum D.Iuſdicens teneatur & debeat,ſub vinculo iuramenti, ad petitionem cuiuſlibet habitatoris creditoris, largo modo ſumpto vocabulo, & ſeu habentium cauſam ab eo, & fidem de credito ſuo facientis,& iurantis,ſequeſtrari facere bona, & iura dicti debitoris exiſtentia penes quemcunq; in dicta Poteſtaria, & contra perſonas debitorum, & fideiuſſorum iuris remedijs procedere pro conſequendo credito ſuo.

¶ *Quòd aliquis non poſſit mutuare alicui ad ludum prohibitum.* Rub. LI.

DIſponimus ꝙ nullus cuiuſcunq; cõditionis exiſtat, poſſit vel audeat mutuare,vel commodare aliquid alicui ludenti,vel ludere volenti ad ludum prohibitum,publicè,vel occultè,per ſe,vel alium,vel aliquem alium contractum facere occaſione prędicta,& omnis contractus,& obligatio etiam iurata non valeat tanquàm turpiter facta, nec ex eis cogi poſſit,& vlterius condemnetur in tãtũdẽ,prout fuerit res mutuata,vel cõmodata,vel aliter data,appl. Communitati Sextulæ,de qua,ſi fuerit accuſator, cui credatur cum vno teſte fidedigno,ipſe conſequi poſſit dimidiam.

¶ *Quòd laici non poſſint detineri ad inſtantiam clericorum.* Rub. LII.

CVm de iure clerici non poſſint detineri ad inſtantiam laicorum in foro Eccleſiaſtico pro cauſa ciuili,& pecuniaria, nec teneantur niſi in quantum facere poſſint, eodẽ modo ſtatuimus, ꝙ D.Iuſdicens, ad inſtantiam clericorum non poſſit,nec debeat detinere,nec detineri facere aliquos laicos pro cauſa ciuili, & pecuniaria, & quòd perſonæ laicæ ſimiliter non teneantur ipſis clericis, niſi in quantum facere poſſint: Et hoc non habeat locum in cauſa laboratoriæ terrarum, vel affictus,& ſeu penſionis Eccleſiæ,in quibus caſibus volumus laicos, inſtantibus clericis, poſſe detineri, & ſeruari in omnibus,perinde ac ſi à laicis conuenirentur perſonæ laicæ: Ordinamus etiam ſtatuendo,ꝙ omnes,& ſingulæ cauſæ cuiuſlibet perſonæ occupatæ in ſeruitijs Poteſtariæ Sextulæ extra ipſam Poteſtariam, vigore pñtis Statuti, ſuſpenſæ ſint, & eſſe intelligantur à die,quo exierit ex dicta Poteſtaria incluſiuè,donec ipſa redierit in ipſam Poteſtariam: Et hoc locum habeat, ſi in actis Notarij curiæ appareat,ꝙ talis pſona fuerit deputata ad ſeruitiũ ipſiꝰ Cõitatis, & ẽt de die diſceſſus à Poteſtaria prędicta & reditus in eam,& aliter non.

¶ *Quòd ſocius pro ſocio agere,& conueniri poſſit.* Rub. LIII.

SI quis mercator,vel aliqs đ aliqua artium, dederit aliquid alicui in credẽtia, licet ille,ꝗ dederit aliqd alicui in credentia ſit abñs,eius ſocij poſſint petere, ſiue de-



ſiue debitor negauerit, ſiue cõfiteatur, & dicat eam rem emiſſe à ſocio abñte, niſi dixerit ei ſoluiſſe,& probauerit, & ex quo ſoluit alicui ſociorum prędictorum, alij non poſſint petere,& id, in quo ſocius eſt obligatus pro ſocietate, eo abñte, etiam alij ſoluere teneantur, ſi confiteantur, vel probetur contractum factum eſſe ꝓ ſocietate,niſi diceretur,& probaretur ſolutionem factam eſſe,& intelligãtur ſocij quãtum ad prędicta,qui in eadem ſtatione, vel negotiatione morantur, vel mercantur ad inuicem, niſi liquidiſſimè probarentur diſcipuli.

¶ *De ſucceſſionibus ab inteſtato.* Rub. LIIII.

VT familię,& domus in quantum ęquitas ſuadebit conſeruentur, ſtatuimꝰ,& ordinamꝰ,ꝙ ſi alicui ab inteſtato decedenti, ſiue teſtabilis fuerit, ſiue nõ, fuerint filij,vel alij ex eiꝰ linea maſculina, ſolũ deſcẽdentes maſculi,naturales,& legitimi,cuiuſlibet gradꝰ fuerint, in ſucceſſione ꝑdicti parentis inteſtati,vel inteſtatæ, defunctæ,vel defuncti,pręponãtur oĩbus aſcendentibꝰ dicti defuncti cuiuſlibet gradus,& ſexus exiſtentibus,& pariter filiabus dicti deſcendentis,& oĩbus alijs fœminis ab eo deſcendentibꝰ cuiuſlibet gradꝰ fuerint, ſiue ipſæ filiæ,vel deſcẽdẽtes fęminæ ex eius linea maſculina,dotatæ fuerint,ſiue non,ſed quæ dotatæ fuerint ab ipſo parente defuncto, de cuius hęreditate tractatur, vel ab altero earum parente contentæ ſint,& eſſe debeant in caſu prędicto,quanquam non fuerint dotatæ de bonis illius aſcendentis,de cuius ſucceſſione tractatur, ſaluis tamen remanentibus his, quæ in hoc caſu diſponuntur infra in Statuto ſub Rub. De dotibus conſtituendis: Si verò dotatæ non fuerint, dotari debeant ſecundum formam dicti Statuti.

Declarantes tñ, ꝙ ſi prędicto parenti defuncto,vel defunctæ fuerint filij, & ex filio,vel filijs ꝑmortuis,vel pręmortuo, nepotes, vel alij ipſorum nepotũ deſcendentes maſculi,legitimi,& naturales, ipſi nepotes, vel deſcendẽtes maſculi loco eorum parentum, quotquot fuerint, in ſtirpes admittantur ad hæreditatem, & ſeu ſucceſſionem talis parentis defuncti, vnà cum filio, vel filijs dicti defuncti,ſuperſtite,vel ſuperſtitibus,& in capita ſuccedentibus.

Et hoc ꝓx. dictũ ẽt hẽat locũ eo caſu,quo filię ſuccedũt,nõ obſtãtibꝰ maſculis.

Deficientibus verò filijs,vel alijs deſcendentibus,vt ſupra maſculis dicti parentis defuncti:ſed ſuperſtitibus eius filiabus, & ſeu alijs fœminis deſcendentibus ex eius linea maſculina,tunc dictæ filiæ,& ſeu deſcendentes fęminæ præponantur oĩbus aſcendentibus dicti defuncti, & ſeu defunctæ, cuiuſlibet gradꝰ, & ſexus exiſtentibus,& ſimiliter omnibꝰ, ex latere agnatis,& cognatis,ipſis tñ filiabus, vel alijs fœminis deſcendentibus ex dicta linea maſculina dicti parentis defuncti dotatis ex bonis dicti defuncti,dotes ſuas cum alijs filiabus, vel deſcenderibus dicti defuncti conferentibus.

Et in

Et in prędictis caſibus Pater,& Mater, Auus,& Auia paterni ipſius defuncti alimententur in eius bonis,ſi non habeant vnde poſſint alimentari.

Quibus filiabus,vel deſcendentibus,& alijs fœminis,vt ſupra deficientibus, defuncto,vel defunctæ, inteſtato,vel inteſtatæ, in totum ſolus pater ſuccedat.

Quo ceſſante, Auus paternus pariter ſolus,& in totum ad hęreditatem admittatur defuncti.

Quibus duobus caſibus,Mater,& Auia defuncti debeant alimentari de bonis defuncti,ſi non habeant ipſæ vnde poſſint alimentari.

¶ At,poſt Auum paternum prędictum, Mater defuncti ad ipſius hęreditatem admittatur,ita tamen,quòd ſi etiam extarent fratres,vel ſorores defuncti, cum matre æqualiter,& in capita ſuccedant,hoc ordine, vz.

Primò fratres vtrinq; cõiũcti ſoli,deficiẽtibus aũt fratrib⁹ vtrinq; cõiunctis; fratres coniuncti p̱ patrem ſolum ; & non extantibus his, ſorores vtrinq; coniunctæ;quæ ſi deficiant, ſorores per patrem ſolum coniunctæ ſuccedant cum matre;ceſſante verò matre,etiam cum prędictis ad hęreditatem morientis,fratribus vtrinq; coniunctis locus ſit; & his ceſſantibus fratres per patrem ſolũ ad ſucceſſionẽ defuncti veniãt ; q̱bus nõ ęxtantibus, ſuccedant defuncto ſorores vtrinq; cõiunctæ; & his deficiẽtib⁹, admittãtur ſorores p̱ patrẽ ſolũ cõiunctæ.

Volentes tamen,ꝙ his quatuor caſibus proximis,filij & filiæ pręmortui fratris,vel ſororis,ſubintrando in locum eorum admittantur in ſtirpes ad hęreditatem defuncti,vnà cum fratribus,vel ſororibus defuncti ſuperſtitibus, conſiderata tamen pręlatura reſpectu ſexus, & caſuum prędictorum in dictis filijs, & filiabus pręmortuorum, & vt ſupra in dictis caſibus diſpoſuimus, ſingula ſingulis congruè referendo.

Declarantes etiam quibuſcunque hęredibus, filias, & alias fœminas excludentibus incũbere onus dotandi eas, prout infra in ſtatuto ſub. Rub. De dotibus conſtituendis,diſpoſuimus.

¶ Si verò prędicti defuerint, agnatos legitimos, & naturales prout erunt in gradu proximiores, vel concurrentes vſque ad quartum gradum incluſiuè ſecundum ius ciuile ad ſucceſſionem defuncti adimitti in capita ordinamus.

Et his agnatis maſculis ceſſantibus,ad agnatas,prout erunt proximiores,vel concurrentes in gradu,vſque ad prædictum quartum gradum incluſiuè,iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis hæreditas defuncti in capita deueniat, & in omnib⁹ caſibus prædictis volumus Auiam, & Proauiam paternam in bonis defuncti alimẽtari,iuxta vires hæreditatis defuncti,& qualitatẽ p̱ſonarum & ẽt Auiã,& Auum maternos,ſi dicti Auia,& Auus materni nõ hẽat vnde poſſit alimẽtari.

Omnibus verò, vt ſupra diſpoſitum eſt, deficientibus, ad hæreditatem defuncti vocentur alij aſcendentes maſculi, vſq; ad quartum gradum incluſiuè ſecundum ius ciuile,iuxta gradus prærogatiuam.

¶ In omnibus verò alijs caſibus non compræhenſis in præſenti Statuto, ius ciuile



contra eius tutorem in iudicio petierit ſibi dotem conſtitui ab eo: Diſponimus etiam, ꝙ hęredes teneantur ſororem,vel ſorores,aut alias deſcendẽtes fœminas prędictas dotandas,& ſeu dotatas alimentare ſecundum qualitatem perſonarum,& vires patrimonij, donec in matrimonio collocatæ fuerĩt,& ab eorum maritis traductæ,ipſis tñ mulieribus interim ad vtilitatẽ hr̃dũ o̱pantibus.

Et pro prędictis alimentis, & dotibus conſtituendis, bona omnia poſſeſſa per dictos aſcendentes tempore mortis ſuæ intelligantur fuiſſe, & eſſe, ac ſint expreſsè,& ſpecialiter obligata pręſentis Statuti vigore,& hypothecata,ad quæ bona deueniri poſſit,licet poſſeſſa fuerint per tertium poſſeſſorem,etiam nulla excuſſione prius facta.

¶ Decernimus etiam ꝙ aliquis non habeat poteſtatem donandi vxori ſuæ, propter nuptias,nec aliter quomodocunq; & quacunq; cauſa,vltra ſummam librarum decem March. & ſi facta fuerit donatio vltra dictam ſummam,nulla ſit, & pro nulla habeatur ipſo iure tanquàm facta in fraudem huius Statuti.

¶ In vltima verò voluntate, concedimus facultatem relinquendi vxori ſuæ vſque ad dictam ſummam libarum decem,& non vltra,aliquo modo in denarijs, vel rebus, & hoc ſi maritus habuerit aſcendentes ex linea paterna, vel deſcendentes maſculos,ex agnatione ſua quocunque gradu, vel filias fęminas in primo gradu tantúm: Si verò non habuerit deſcendentes,vel aſcendentes, vt ſupra, tunc maritus habeat poteſtatem relinquendi vxori ſuæ quicquid voluerit: Declaramus inſuper, ꝙ donec vxor in domo mariti ſui defuncti habitare voluerit,vel ſtare vidualiter,& honeſtè, etiam ſi ei nihil relictum fuerit,alimenta ipſa vxor ſm̃ qualitatem eius p̱ſonæ, & poſſibilitatem bonorũ quondã mariti ſui habere debeat, & nõ vltra, ipſa tñ ad vtilitatẽ hęredũ mariti o̱pante.

¶ Si verò dicta vxor fuerit relicta à marito dña,maſſaria,& ſeu vſufructuaria bonorum ſuorum, dictis aſcendentibus, vel deſcendentibus, vt ſupra exiſtentibus, tunc ipſa debeat, vnà cum prędictis ex fructibus bonorum mariti ſolũ alimentari, & ſi pacificè habitare, & ſtare non poſſet, vel nollet cum prędictis, tunc conſequi poſſit quartam partem vſufructus bonorum mariti, ſalua ſemp̱ manente rerum ſubſtantia,& ipſa manente in viduitate vt ſupra,& nõ aliter, & donec,& quouſq; dotes,& legata non petierit,vt ſupra,poſſit tamen ipſe maritus legare omni caſu dictę eius vxori vſq; ad quartam partem tantùm vſufructus bonorum ſuorum,quem ipſa mulier conſequi poſſit,ſi dotem non petierit, nec alia legata, & ſi de domo mariti non exierit, & vidualiter, & honeſtè vixerit, & non aliter.

¶ Addentes ꝙ mulier, quæ exiuerit de domo mariti defuncti, cui de dote ſua non fuerit ſatisfactum per hr̃des obligatos,& per eos ſteterit pro tempore, ſeu temporibus,quib⁹ non fuerit ſibi ſatisfactum, hęre debeat lib. ſex monetæ currentis ad rationem anni,pro ſingulis centum lib. ſeu centenario,& ab inde infra, pro rata; & hoc pro dictis alimentis, & intereſſe ipſius mulieris, &c.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*¶ De parte dotis per maritum lucranda, vxore ſine liberis in matrimonio defuncta. Rub. LVIII.*

VXore defuncta cognita in matrimonio, abſq; liberis ex eodẽ matrimonio, maritus medietatem dotis lucretur, cognita autem credatur, ſi maritali more aliquo tempore conſueuit eſſe cũ marito, vel eã publicè ad domum duxerit maritus more ſolito Poteſtariæ Sextulæ, & hoc locum habeat non ſolum in dote data, & tradita, ſed etiam in dote promiſſa, & debenda: Et prędicta procedãt, quãdo vxor prędeceſſit, non extantibus liberis etiam ex priori matrimonio, ſed ſi extarent liberi ex priori matrimonio, tunc volumus maritum tantùm lucrari ex dicta dote, quantùm de iure debetur vni ex liberis prioris matrimonij.

*¶ Quòd confeſſio de dote recepta teneat. Rub. LIX.*

COnfeſſio facta per virum, vel eius procuratorem de dote recepta ab vxore, vel alio eius nomine in pecunia, aut in rebus mobilibus, vel immobilibus ęſtimatis, vel inęſtimatis, ante matrimonium, vel extante matrimonio cum exprępſſa obligatione bonorum in inſtr̃nto contenta, valeat, & efficax ſit, & pro ipſa dote vxor, & eius ſucceſſores potiores ſint, & pręferãtur in bonis mariti, & in bonis cuiuſcunq; ꝓ dote obligati, oĩbus alijs creditoribus anterioribus, eo addito, ꝙ lex, aſſiduis. c. qui po. in pigno. ha. etiam vendicet ſibi locum in dote confeſſata per virum in publico inſtr̃nto, in quo bona cõfitentis ſint, & eſſe intelligantur hypothecata, ſiue dos ab vxore profecta fuerit, ſiue ab alio pro ea dotem dante, ſiue vir confeſſus fuerit, ſiue alius cum eo, vel pro eo, ſiue inſtr̃ntum confeſſionis emanauerit ante matrimonium, ſiue eo conſtante, niſi probetur confeſſionem fuiſſe ſimulatam, & in fraudem creditorum emanatam, quibus caſibus, talis confeſſio creditoribus non p̃iudicet: volentes, ꝙ in augumento dotis, p̃ſumatur confeſſio ſimulata, aut in fraudem creditorum ẽt futurorum emanata, ſi conſtante matrimonio facta fuerit, niſi conſtiterit vnde mulier habuerit augumentum ipſum, vel niſi proceſſerit talis cõfeſſio vigore promiſſionis tempore contracti matrimonij, aut ante matrimonium, poſſit tamen probari contrarium per legitimas probationes.

*¶ De quarta vxoris ex vſufructu bonorum Mariti. Rub. LX.*

HAc noſtra lege diſponimus, ꝙ de cętero mulier, quæ non fuerit dotata, vel minus cõdecenter, & nõ ſecundum eius qualitatem, mortuo ei⁹ marito, etiam ſine filijs ex ea natis ex ipſo marito, nõ poſſit occaſione, & prętextu pręmiſſorum petere, nec conſeqni aliq̃d in bonis, & hęreditate dicti eius mariti, niſi dũtaxat quartã partem vſufructus bonorum



norum mariti; & hoc donec ipſa honeſtè, & in viduitate ꝓ eius marito vixerit. Quòd ſi ad ſecunda vota tranſierit, occaſione pręmiſſorum aliquid petere nõ poſſit, nõ obſtãte Auth. pręterea. C. vnde vir & vxor. vel alia iuris diſpoſitione.

*¶ Quòd nullus poſſit detineri pro debito priuato, ſi dederit de bonis ſuis expeditis in ſolutum. Rub. LXI.*

STatuim⁹ etiam, ꝙ nullus diſtrictualis, & pleno iure Iuridictioni D. Iudicis Poteſtariæ Sextulæ ſubiectus, poſſit ꝓ debito priuato perſonaliter detineri, ſi dare voluerit, & cum effectu dederit eius creditori de ſuis bonis expeditis in ſolutum, pro debito, & expenſis, ſecundum ęſtimationem fiendam de eis, per duos æſtimatores eligendos per partes; & ſi ipſæ partes in hoc non concordauerint, per duos eligendos, ꝑ ipſum D. Iudicem ſcilicet idoneos, ſufficientes, & non ſuſpectos, conſcientia ipſius D. Iudicis, quã in hoc grauamus, & bona ipſa omnia, & ſingula teneatur ipſe debitor dare in ſcriptis ad bancum Iuris, & ſit in electione creditoris accipere quæ bona, & de quibus ipſe voluerit: Teneatur in ſuper, bona offerens, pręſtare cautionem, & fideiuſſionem dicto creditori de euictione, alias pręſens Statutum locum non habeat, & eo non obſtante, dictus debitor poſſit detineri iuxta formam Statutorum noſtr̃um: Addentes etiam, ꝙ prę ſens Statutum non vendicet ſibi locum in debitoribus, qui ſint debitores in ſumma lib. viginti, vel infra incluſiuè, nec in debitoribus occaſione affictus, vel pẽſionis, vel mezadriæ, vel laborerij terrarũ: Et nõ poſſit prę ſenti Statuto renũtiari etiam cum iuramento, quod nolumus, & prohibemus pręſtari; & ſi, prę ſtitũ fuerit authoritate pñtis Statuti, in fraudẽ p̃ſtitũ eſſe intelligi volumus.

*¶ Quòd creditor, poſt ſolutionem debiti, teneatur facere inſtrumentum finis ſuo debitori. Rub. LXII.*

ORdinamus, ꝙ creditores, quibus fuit ſolutum per debitores, cogantur ad faciendum inſtrumentum finis illis, qui erant debitores, & qui ſoluerunt, & eiſdem reſtituendum inſtrumentum debiti, vel ſcripturam priuatam, ſi id, vel eam penes ſe habeant, & D. Iuſdicens ſup hoc procedat ſũmariè, ſola rei veritate inſpecta, & omni meliori modo. &c.

*¶ Quòd in alienatione cuiuſlibet rei immobilis, ſaluum ſit ius laboratoris. Rub. LXIII.*

DIſponimus, & ordinamus, pro vitandis litibus p̃ſonarum Poteſtariæ Sextulæ, ꝙ ſi de cętero fieri contigerit aliquam venditionem, vel alienationem per aliquem diſtrictualem vel habitatorem dictæ Poteſtariæ, de aliqua re immobili, quæ per aliquem laboretur ad medium, vel alio quocunq; modo, ſaluum ſit ius laboratoris, nec intelligatur vendita pars fructuum dicti laboratoris.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*¶ Quòd per aliquod reſcriptum non tollatur inſtantia.* Rub. LXIIII.

STatuimus, ꝙ per aliquod reſcriptum Illuſtriſs. D.N. Ducis factū cum quacunq; clauſula, etiam ſi in eo eſſet clauſula, ſine figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, vel alijs quibuſcunq; verbis, nunquàm tamen intelligatur inſtantia in aliquibus cauſis eſſe ſublata, ſed cauſæ ipſæ expediantur infra tempus inſtantiæ, cū potius dicta verba, rectè intelligenti, tendant ad finiendum, & breuiandum lites, quàm ad prorogandum.

*¶ De conſeruatione indemnitatis capti pro Communi.* Rub. LXV.

DEcernimꝰ, quòd quodlibet Commune teneatur, & debeat indemnem conſeruare quélibet captum, & ſeu detentum pro ipſo Communi, à dictis detentione, & ſeu captura, & vlterius, quòd talis detentus, & ſeu captus, durante tempore dictarum detentionis, & capturæ, non teneatur ad ſolutionem collectarum impoſitarum, vel imponendarum, tā pro bonis, quàm pro perſona, nec ad aliqua onera, tàm realia, quàm perſonalia dicti Communis.

*¶ De pignore non vendendo, niſi dato termino ad recuperandum.* Rub. LXVI.

VOlumꝰ, ꝙ D. Iuſdicēs non valeat, nec poſſit dare alicui licentiā vēdendi aliqđ pignus, niſi dato termino ſaltem trium dierū, illi cuꝰ eſt pignꝰ, ad rehabendum dictū pignus, ſaluis tñ pactis, & conuentionibꝰ partium.

*¶ Quando habens terram confinantem poſſit compelli ad vendendum.* Rub. LXVII.

PRouiſum eſt, ꝙ ſi aliqua ꝑſona hūerit terram in Pōtaria Sextulæ non excedentem vnam ſalmam terræ in Menſura, compellatur vendere, iuſto p̃cio, illi q̄ hūerit terras cōfinantes à tribꝰ lateribꝰ dummodò emere volens habeat iuxta ipſam terram ſic vendendam, quadruplum eiuſdem quantitatis, cuius ſit terra ſic emenda, ſecundum ꝙ, & prout ęſtimauerint duo viri illius loci, in quo erit ipſa terra, eligendi per ipſas partes, aut per ipſum D. Iudicem, caſu quo ipſæ partes in hoc non eſſent concordes, vel aliqua ex eis eſſet cōtumax in eligendo pręfatos æſtimatores, qui ęſtimare debeant, delato eis iuramento per D. Iuſdicentem, dummodò ſuper ipſa terra nō ſit aliqua domus, vel ędificium, & D. Iuſdicens teneatur obſeruari facere, & executioni mandare prędicta infra dies viginti, poſtꝙ fuerit requiſitus, ſub pœna librarum viginti toties cōmittenda, quoties fuerit requiſitus, & nihilominus habens dictam terrā cōpelli poſſit vendere, vt ſupra.

¶ Quid



*¶ Quid eſſe debeat de paleis, fœno, & ſtramine mezadriæ & terræ.* Rub. LXVIII.

TEneantur mezadri, & quicunq; alij laboratores poſſeſſionum, & terrarum aliquorum, quando receſſerint, ſeu recedèrent de mezadrijs, ſeu dimiſſerint laborare terras, relaxare dño ſuper dicta mezadria, & terris, dimidiam totius fęni, & ſtraminis, quod habuerint ſuper terris, & poſſeſſione, & omnes paleas, & ſimiliter ſi quando dimitterent blada in cāpis, qui poſtea meterentur teneantur dimittere paleas dñis ſuis, ſaluis tñ pactis factis inter mezadros, & alios laboratores, & dominos, ità, ꝙ prorſus de ipſis paleis, mezadri, & alij laboratores nihil habeant, nec habere debeant: Diſponentes etiam, ꝙ pręfati teneantur conducere blada ad triturandum in loco, quem elegerit dominus, dūmodò eligat locum tutum, & congruum Iudicis arbitrio: Nec poſſint, authoritatē pñtis Statuti, aliqui mezadri, & laboratores conducere fœnum aliquod, vel ſtramina, aliò, q̃ ad caſamentū, & in caſamentū dñi, niſi fecerint de volūtate dñi, & ſi cōtrafecerint, intelligātur eſſe ī totū ipſiꝰ dñi, & de eo diſponere poſſit ꝓ libito volūtatis.

*¶ Quòd Notarij teneantur imbreuiare contractus per eos ſtipulatos, & de eorum mercede.* Rub. LXIX.

STatuimus, ꝙ Notarij teneantur, inſtrumenta, de quibus fuerint rogati, imbreuiare, extendere, & authenticare infra vnum menſem, poſtq̃ petitum fuerit ꝑ eum, cuius intereſt: poſſit etiam Notarius cogere illum, cuius intereſt, infra vnum menſem, poſtquàm ipſe Notarius requiſierit ſuper hoc dictum talem recuperare ipſum inſtrumentū, ſic vt ſupra extenſum, & authenticatum: Et ſi Notariꝰ fuerit negligens ipſum imbreuiare, extendere, & authenticare, vt ſupra diſpoſitū eſt, tunc poſſit ad id cogi ſine aliqua mercede, & ſi ſolutionem accepiſſet dictus Notarius eam reſtituere teneatur: Et ſi ille cuius intereſt, interpellatus fuerit ad recuperandum dictum inſtrūtum extenſum, & authenticatum, & fuerit negligens ad recuperandum, vt ſupra, tunc poſſit cogi ad ſolutionem dictæ mercedis ſecundum diſpoſitionem Statuti infra, ſub Rub. De mercede Notariorum Poteſtarię Sextulæ, & etiam ad duplum dictæ mercedis, ſi D. Iudici videbitur, & ad expenſas.

*¶ Quòd Notarij poſſint alijs Notarijs tradere inſtrumenta de quibus fuerint rogati, ad redigendum in publicam formam.* Rub. LXX.

VOlumus & decernimus, quòd Notarij de Poteſtaria Sextulæ poſſint alijs Notarijs de dicta Poteſtaria, tradere eorum inſtrumenta, contractus, vel qualcunq; vltimas voluntates, & quęcunq; acta, de quibus

fuerint

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

fuerint rogati, ad exemplãdum, & authenticandum, & eiſdem ſic exemplatis, & authenticatis adhibeatur plena fides, dummodò talis exemplans ſe ſubſcripſerit cum eius ſigno, & ille Notari⁹ qui fuerit rogatus, fidem fecerit, & affirmauerit per eius ſubſcriptionem dicto inſtrũto ſe fuiſſe rogatum, & de eius commiſſione, & voluntate illud inſtrumentum dictum Notarium ſic exemplaſſe, & authenticaſſe, & hoc locum habeat, & obſeruetur, non obſtantibus aliquibus in contrarium facientibus.

¶ *Quòd nullus poſſit exercere artem Notariatus, niſi fuerit oriundus de Poteſtaria Sextulæ. Rub. LXXI.*

ITem ſtatuimus, ꝙ nullus poſſit exercere officium, ſeu artem notariatus in Poteſtaria Sextulę, niſi fuerit oriundus de dicto loco, & fuerit Notarius Imperialis, & habitet, habitaueritq; in Poteſtaria Sextulæ, & niſi fuerit approbatus à Conſilio generali, & à D. Iuſdicente, ꝓ idoneo & ſufficienti: Et ſi qs contra formam p̃ntis Statuti exercuerit dictum officium & ſeu artem, nõ teneant, nec valeant geſta ꝑ eum, & inſtrumentis, & actis ꝑ eum rogatis nulla fides adhibeatur, & vlterius contrafaciens incurrat penam lib. decem ꝓ qualibet vice, appl. ꝓ dimidia Cam. Duc. & pro alia dimidia Cõitati, & habeat locum p̃ns Statutum, qñ poſſit haberi copia Notariorum: Si veró accideret caſus conficiendi teſtamẽta, vel alia inſtrumenta, & dubitaretur de morte, vel de alio caſu ſubitaneo, & non poſſit haberi tunc copia Notariorum, ꝗ ſint oriundi de dicta Poteſtaria, tunc alius Notarius poſſit rogari, & eius ſcripturis per eum rogatis credatur, dummodò talis Notarius in defectu aſſumptus habitet, & habitauerit in Poteſtaria Sextulæ cum eius familia ꝑ annos decẽ cõtinuos, licet nõ ſit oriundus. Et ad tollendum dubitationem qñ potuerit haberi copia Notariorum, vel nõ, oriundorum, tunc in arbitrio D. Iudicis ſit, & hoc ſit pręciſum, & truncum.

¶ Diſponentes, ꝙ Notarius oriundus, vt ſupra, authoritate p̃ntis Statuti eſſe intelligatur Notarius Imperialis, & approbatus à dicto Conſilio generali, & à D. Iuſdicẽte ꝓ idoneo, & ſufficiẽti, ſi ipſe offiñ notariat⁹ in dicta Põtaria Sextulæ exercuerit ꝑ annos qndecim, & hoc hẽat locũ in p̃teritũ, de p̃nti, & ĩ futurũ. Quę oĩa volumus ꝓcedere, niſi aliter de volũtate Illuſtiſ. D. Ducis, proceſſerit.

¶ *Quòd D. Iuſdicens poſſit concedere Notarijs oriundis de Poteſtaria Sextulæ licentiam exemplandi inſtrumenta Notarij defuncti. Rub. LXXII.*

STatuimus, ꝙ D. Iuſdicens cum conſenſu Cõſilij generalis, poſſit, & valeat cõcedere vni Notario vel pluribus oriundis de Poteſtaria Sextulæ, licentiã, & facultatem authenticandi, & exemplandi inſtrũta, & ſcripturas, & acta, de



de quibus fuerit rogatus alius Notarius p̃mortuus, & dictis ſcripturis, & inſtrumentis eo modo authenticatis adhibeatur plena fides, ac ſi fuiſſent authenticata per illum, qui de illis fuit rogatus, dummodò etiã ad hanc conceſſionem interueniat conſenſus hęredis, vel hęredum illius Notarij defuncti.

¶ *Quòd filius Notarius poſſit extrahere, & authenticare inſtrumenta, & ſcripturas eius patris prædefuncti. Rub. LXXIII.*

SAncimus, quòd quilibet Notarius oriundus de Poteſtaria Sextulæ poſſit, & valeat extrahere, & authenticare inſtrumenta, & ſcripturas, de quibus eius pater pręmortuus Notarius fuit rogatus, & eis ſcripturis ſic exemplatis, & authenticatis plena fides adhibeatur.

¶ *De erroribus Notariorum. Rub. LXXIIII.*

QVum contigerit aliquem Notarium de Poteſtaria Sextulę errare, vel qui inueniretur erraſſe, ſeu in futurum errabit ſine fraude aliqua, in aliqua vltima volũtate, vel in aliquo inſtrũto & contractu, ſiue alijs quibuſcunq; ſcripturis, poſſit ille cuius intererit, per ſe, vel alium porrigere coram D. Iuſdicente petitionem ſup tali errore, quam petitionem in ſcriptis recipere tẽneatur & requiri facere ſolẽniter illum, vel illos, in cuius, vel quorum pręiudicium prędicta procedere videretur, ac Notarium, qui erraſſe diceretur, ſi vixerit, qui teneatur coram eo cõparere, & eidem obedire, & interrogetur, ꝑ p̃dictum D. Iudicem ſub ſacramento, ſi verum eſt ipſum ſcripſiſſe illam ſcripturam, & erraſſe, vel ommiſiſſe, prout in petitione cõtinetur, & ſi ipſe Notarius negauerit ſe erraſſe, vel ommiſiſſe, ad correctionem petitam coram eo ꝓcedi non poſſit, niſi ex ipſa ſcriptura euidenter de errore, vel ommiſſione conſtaret, quo caſu Notarius errorem corrigere, & ommiſſionem ſupplere poſſit, & teneatur mandato D. Iudicis: Si verò confitebitur ſe dictam ſcripturam ſcripſiſſe, & erraſſe, vel ommiſiſſe prout in petitione ipſa diceretur, vel dixerit ſe dubitare, vel non recordari, tunc, ſi ex ipſa ſcriptura euidenter de errore cõſtet, poſſit, & teneatur corrigere, vt ſupra: ſed ſi non cõſtaret citari debeant illi, qui dicto D. Iudici citãdi videbuntur, & ipſis cõparentibus per ſe, vel alios legitimè, ſtatuatur terminus, arbitrio ipſius Iudicis, competens, ad accipiendum copiam petitionis, & ad reſpondendum, & opponendum, & contradicendum quicqd voluerint, quo elapſo, illis p̃dicta facientibus, vel non, ſtatuatur terminus arbitrio Iudicis vtriq; parti, vel etiã ſoli parti petenti, ſi altera non compareret, ad ꝓbandum quicquid velit, & nihilominus parte comparente, vel non, p̃cedente termino pręd icto pręfatus D. Iuſdicens requirat de veritate p̃dictorum, per Notarium, qui ſcripſiſſe diceretur, ſi viuat, & per teſtes deſcriptos in inſtrũto, vel vltima voluntate, ſeu ſcriptura, de cuius

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОДНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

cuius errore tractaretur,& ēt ꝑ alios,& aliter, ꝓut ei videbitur,& ſi tàm ex probationibus partium, q̃ ex inquiſitione ipſius Iudicis, de tali errore conſtiterit, ipſe teneatur,& debeat declarare erratum fuiſſe,& errorem eſſe corrigendum, cui declarationi ſtetur oīno, nec ab ea liceat appellare, & ipſum Notarium, ſi viuat, poſſit,& teneatur compellere ad correctionem erroris, iuxta formam declarationis p̄dictæ remedijs opportunis,& valeat,& teneat id, ꝙ corrigendo fecerit ipſe Notarius, ac ſi ab initio factum fuiſſet, & vires obtineat etiam tunc pendente iudicio de p̄dictis: Si autem nō viuat ipſe Notarius, qui erraſſe diceretur, poſſit ipſe D.Iuſdicēs ꝓcedere, & declarare ſuꝑ p̄dictis, ꝓut ei videbitur, iuri,& iuſtitiæ conuenire, cuius ꝓceſſui,& declarationi ſuꝑ correctione p̄dicta fides prǽſtetur,& ꝑ inde habeatur, ac ſi in ipſo originali inſtr̄nto ſcriptum fuiſſet,& nō ommiſſum: Et ſuꝑ prędictis oībus,& ſingulis,& infraſcriptis, poſſit,& debeat ꝓcedere ſūmariè,& de plano, ſine ſtrepitu,& figura iudicij,& oī tēpore, ēt feriato, niſi ī honorē Dei, petitione tñ oblata, vt ſupra, q̄ oīa terminari debeāt īfra dies triginta cōtinuos à die petitionis oblatę,& citationis factę, vt ſupra.

## ¶ *De emancipationibus fiendis.* Rub. LXXV.

VOlumus, ꝙ oēs & ſingulę emācipationes fiant apud officium D. Iuſdicentis,& ipſo ſedente ꝓ tribunali,& dictę emancipationes debeāt publicari in primo Conſilio generali fiendo poſt cōtractas ipſas emancipationes, & de ipſis oībus fieri debeat publicū inſtrumentum,& ſi aliter factum fuerit, ꝓ infectis habeātur dictę emancipationes. Ordināte, ꝙ volentes emancipare,& emācipari, ſi fuerint puberes, vel maiores, iurare debeant coram D.Iudice, corā quo fiet dicta emancipatio, ꝙ ipſam emancipationem faciunt bona fide,& non in fraudem alicuius,&, ſi hoc ommiſſum fuerit, non valeat ipſa emancipatio.

¶ Declarantes, ꝙ ſi quis filiusfamilias malè vtatur ſubſtantia bonorum patris, vel malè tractauerit bona, vel ꝑſonam patris, vt iniuriando, vel alio modo inhoneſto, poſſit, & debeat D. Iuſdicens requiſitus à patre, compellere talem filium recipere emancipationem: Si verò pater eſſet diſſipator bonorum propriorum,& malè ſubſtantia ſua vteretur, vel eſſet defamatus de ludo, vel de lenocinio,& ſimilibus, tunc ipſe pater teneatur ad petitionem filiorum, vel filij, vel alicuius ex proximioribus propinquis, emancipare filium vel filios. Diſponentes, ꝙ pater ex cauſa emancipationis,& in eius premium, debeat dare,& cōſignare dicto emancipato, vel emancipatis dimidiā bonorū ſuorum, ſi hūerit vnum filium tantùm: ſi verò hūerit duos, vel plures filios, tunc ipſe pater teneatur,& debeat, dare,& cōſignare eiſdē duas partes ex trib⁹ bonorum ſuorū.

Similiter volumus, ꝙ pater teneatur,& cōpellatur, filium emācipare, ſi pater malè vtatur ſubſtantia dicti ſui filij,& in caſu prędicto, pater teneatur relaxare filio bona ipſius filij,& hoc locum habeat etiam in auo,& nepote.

¶ De copijs



## ¶ *De copijs dandis, & cuius expenſis.* Rub. LXXVI.

AD tollēdas altercationes, quæ in dies occurrūt inter partes litigantes circa copias dandas,& cuius expenſis, ſtatuimus, quòd copia libelli, ſeu petitionis, reſcripti, ſiue ſupplicationis, vel alterius ſcripturę loco petitionis productæ, detur, & dari debeat expenſis ꝓducentis, vel facientis, ſimiliter copia mādatorum, Tutellæ, Curæ, Syndicatus,& capitulorum detur expenſis producentis.

In alijs verò, detur copia expenſis petentis copiam. In executionibus autē, ſi petatur executio alicuius inſtrumēti, laudi, vel ſñtię, tunc expenſis petētis, copia detur, excepto mādato, cui⁹ copia detur expēſis actoris, ī cauſa dictæ executionis,& p̄dicta ꝓcedant, niſi aliter ꝑ alia Statuta nr̄a diſpoſitū ſit, vel fuerit.

## ¶ *De teſtibus examinandis.* Rub. LXXVII.

STatuimus inſuper, ꝙ de cętero teſtes in qualibet cauſa excedente quātitatem, ſeu valorē librarum quinq; necnon in damnis datis, ſimiliter in cauſis criminalibus, q̄ agitarentur inter partes, debeant examinari ꝑ D. Iudicem, & nullus alius poſſit examinare teſtes in cauſis p̄dictis, & examinatio aliter facta non valeat, nec teneat, niſi in cauſis arbitrarijs, in quibus arbitri, ſeu arbitratores, teſtes examinare poſſint, ſi de partium conſenſu proceſſerit: Teneaturq; D.Iuſdicens facere ſcribi ꝑ Notarium nomen, prænomem, ſeu cognomen teſtis, terram, ſeu locum, de quo ſe dixerit eſſe,& omne id, ex quo melius cognoſcatur, & diem, & locum examinationis prędictæ,& legere vulgariter ipſi teſti id, ſuꝑ quo teſtificari debuerit,& interrogare, ſub iuramento ꝑ eum p̄ſtito, q̄d ſcit de p̄dictis,& ſuꝑ eis debeat teſtificari veritatē, reducendo ad eius memoriā, q̄d teſtis falſum dicens, offendit Deum, Iudicem,& ꝓximum, & ſi dixerit ſe ſcire de eo, ſuper quo interrogabitur, tunc ſcribatur eius dictum, q̄d ore ꝓprio dicere debeat, clarè,& apertè,& Notarius, anteq̄ teſtis de loco examinationis diſcedat, debeat totum dictum eius extendiſſe, ſcripſiſſe,& ei teſti legiſſe, nec poſtea poſſit, audeat, vel p̄ſumat extendere, addere, vel minuere, ſub pęna vigintiq̄nq; lib.appl. Cōitati Sextulæ ꝓ dimidia,& ꝓ alia dimidia cam.Duc. vltra alias pęnas à iure limitatas,& quicquid actum fuerit aliter, vel factum, ꝓ non facto habeatur, nec ſufficiat ſcribere in extenſione atteſtationis teſtis, ſz. dixit, vera eſſe contenta in capitulo, ſed ponantur verba atteſtationis ſuæ extenſa aliter quàm per prędicta verba.

## ¶ *Quòd credatur Campionis inſtrumentis, & iuribus Communitatis Sextulæ* Rub. LXXVIII.

BOno publico ſemper intenti, ſtatuimus, q̄d authoritate p̄ñtis Statuti oīb⁹ libris, qui appellantur Campioni, ac oībus ꝓceſſibus, inſtr̄ntis, ſcripturis,

priuilegijs,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ МЕЧНИКОВА

priuilegijs& iuribus quibuscunq; Cõmunitatis Sextulæ,& ad ipſam cõitatem q̃uolibet ꝑtinentibus,& eius Cõitatis, & iurium ſuorum fauorem concernentibus,q̃,vel q̄ repiuntur,vel in futurũ reperta fuerint in Archiuo publico dictæ Communitatis,adhibeatur plena fides,& tàm in iudicio quàm extrà, & ipſi,ac ipſa intelligantur publica,& authentica, & rogata per publicos Notarios.

¶ *Quòd pro fructibus vxorum, aut fratrum, non competat actio.* Rub. LXXIX.

PRo ſupportandis oneribus matrimonij, quæ ſunt varia & diuerſa, & ꝓ ſuccedendis occaſionibus controuerſiarum, ſtatuimus, & firmiter obſeruari volumus, ꝙ ſi contigerit mulierem aliquã etiam minorem, habere bona aliqua vltra dotem, quorum fructus, vel redditus ꝓuenerint in domum viri, aut quocũq; percipiantur ꝑ eum, durante coniugio, vel poſtea ꝑ eius hr̃des, qui fructus nõ reperiãtur ſuperextare, ad eorum æſtimationem, vel reſtitutionem vir, aut eius hęredes, vel eorum conſortes cum marito, vel eius hęredibus in communione ſtantes non cogantur, ſed diſpenſati intelligantur de ipſius mulieris voluntate, ſine ſpe rehabendi, authoritate pñtis Statuti, niſi mulier ipſa in iudicio, vel extrà, legitimè proteſtata fuerit ꝑ acta, vel per publicum inſtrumentum, vel alio modo, quod in dictis redditibus, & fructibus repetitio ſibi ſalua ſit ſuis loco, & tempore, dummodò dicta proteſtatio intimata ſit legitimè viro, & alijs, de quibus ſupra, vel ad eorum notitiã aliter peruenerit, quo caſu iura communia in dictis fructibus volumus obſeruari.

¶ Adijcientes, ꝙ ſi ipſi fructus, & redditus extarent, & extare ꝑ ipſam ꝓbarẽtur, in ipſis remaneat ſaluum ius mulieribus, volentes hoc idem ſeruari inter quoſcunq; fratres, vel conſortes ſimul habitantes in communione, quorum aliqui bona aliqua pręcipua habuerint: Prohibentes pariter maritum, & eius hęredes occaſione fructuum, & reddituum bonorum mulierum, de quibus ſupra, nullam actionem habere poſſe aduerſus patrem, fratres, aut conſortes, vbi redditus ipſi & fructus non probarentur ſupereſſe, niſi etiam ipſi proteſtati fuiſſent, vt ſupra dictum eſt, de mulieribus.

¶ *De pretio rei venditæ.* Rub. LXXX.

STatuimus, ꝙ D. Iuſdicens ad inſtantiam venditoris, teneatur emptori pręcipere, vt ſoluat venditori pretium rei venditæ, illa die, qua querimoniam habuit, ſi emptor ꝓfiteatur ſe emiſſe, & de dicto pretio ſimpliciter conueniſſe, tradita re vendita, vel parato venditore rem vẽditam tradere: Si verò negauerit, & venditor probauerit, Iuſdicens teneatur compellere emptorẽ ſoluere venditori pretium

rei



rei venditæ, & expenſas reſarcire ſtatim, & ſine interuallo, ferijs niſi in honorem Dei, non obſtantibus.

¶ Si verò emptor promiſerit ſoluere p̃tium ad certum terminum, tranſacto dicto termino pręcisè, D. Iudex pręcipere teneatur emptori, cui tradita fuit res vendita, ſoluere venditori p̃tium rei venditæ, ea die qua querimoniam habuerit, & ſi quis aliq̃ rem alicui vẽdiderit, ſoluto ſibi ab emptore p̃tio, rem ipſam emptori tradere teneatur, & è conuerſo, emptor, traditione rei ſibi facta, vel re oblata p̃cisè, p̃tiũ venditori tradere teneatur, & vt ſupra, & de p̃dictis cognoſci poſſit diebus feriatis, & non feriatis, dũmodò non ſint feriati in honorem Dei, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & abſq; petitione, & datione libelli, & D. Iudex mittat emptorẽ in poſſeſſionẽ rei venditę infra tertiã diẽ, poſtq̃ de p̃dictis intellexerit, nõ obſtãte aliquo Statuto in cõtrariũ faciẽte, &c.

¶ *Ad quos ſpectet cura bonorum abſentium, vel bona ſua negligentium.* Rub. LXXXI.

DEcernimus, ꝙ ſi contigerit aliquem ſe abſentare extra Poteſtariã Sextulæ, vel alio modo relinquere vel negligere domũ ſuam propriam, vel res ſuas, tunc propinquior agnatus eius vel cognatus, deficientibus agnatis, in eodem gradu proximiori, ſit ipſo iure curator bonorum talis ſe abſentantis, vel alio modo res, domũ, & bona ſua negligentis: Ita ꝙ talis curator debeat fideliter, & diligenter curare bona prędicti cuius curator erit, & iurare vtilia prędicti talis abñtis, & negligentis facere, & inutilia prętermittere, & cautionem idoneam pręſtare, ꝙ oĩa, & ſingula benè, & diligenter adminiſtrabit, & aget, & inuentarium de bonis abñtis, vel negligentis faciet; qui curator abſentem, vel negligentem defendere poſſit, & ipſius nomine agere, & experiri, & pro prędictis, bona abñtis, vel negligentis intelligantur, & ſint obligata, adeò ꝙ nullam ſatiſdationem iudicialiter pręſtare cogatur curator pręđictus, & qui curator ad petitionem cuiuſlibet cõpelli poſſit ad ipſam curam gerendam, & exercendam, niſi ex iuſta cauſa ſe excuſauerit, quæ quidem, ſi iuſta fuerit, vel non, remaneat in arbitrio D. Iudicis, & hoc debeat declarare, vt ſibi videbitur, & qui curator, qñcunq; ad petitionẽ, dicti abñtis, vel negligentis, aut eius ꝓcuratoris legitimi, vel eius hęredũ, teneatur, & debeat ſuæ geſtionis, & adminiſtrationis reddere, & oſtendere rationẽ.

¶ *Quòd exactio dotis datæ ab extraneo competat mulieri donec vixerit.* Rub. LXXXII.

VOlumus, ꝙ ſi dos aliqua data fuerit pro aliqua muliere ab aliquo extraneo, quã à patre, vel ab ipſo fratre, viuẽte patre ipſius mulieris, vel à matre, viuente marito patre eius, cui dos data eſt per eam, ꝙ illa dos, &



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ МЕЧНИКОВА

eius exactio ad mulierem pertineat donec vixerit, non obſtante aliqua ſtipulatione interpoſita per ꝑdictos de dote ſibi reddenda, vel ſuis hęredibus, ad hoc, vt talis mulier ſic dotata, ſi ad caſum, ſeu ſtatum viduitatis peruenerit, de ipſa dote poſſit ex integro maritari, vel ſi alium ſtatum elegerit, poſſit ex inde ſe alere, & alimentare, ſaluo omni iure extraneo, & alijs ſupradictis perſonis, & hęredibus eorum, poſt mortẽ mulieris in ipſa dote, ſi qđ haberent: Et huic Statuto renunciari non poſſit, etiam ſi iuramentum interuenerit, quod iuramentum intelligatur, fictione pręſentis Statuti, metu, & dolo extortum eſſe.

¶ *Quòd alteri per alterum acquiri poſſit.* *Rub.* *LXXXIII.*

SAncimus etiam ꝙ alteri per alterum etiam priuatum extraneum, & non ſubditũ poteſtati eiuſdem, poſſit ſtipulari, & acquiri actio, & omne aliud ius, nomine cuius facta ſit talis ſtipulatio, & acquiſitio ſine alia ceſſione.

¶ *De aditione hęreditatis.* *Rub.* *LXXXIIII.*

STatuimus etiam, ꝙ, ſi quis deceſſerit, condito teſtamento hęres ſcriptus intelligatur adijſſe hęreditatem, ſeu ſe in ea immiſcuiſſe, & tanquam hęres à creditoribus poſſit conueniri, poſt quinquaginta dies à die ſcientiæ, niſi dictam hęreditatem infra dictũ tempus recuſauerit, vel expreſsè repudiauerit corã D. Iuſdicẽte. Et ſimiliter ſi ab inteſtato mortuus fuerit, filij, vel cognati, vel alij proximiores defuncto, & qui ꝑ hęc Statuta vocantur ad ſucceſſionem, intelligantur adiiſſe hęreditatem, & in ea ſe immiſcuiſſe, adeò, quód tamquàm hęredes poſſint à creditoribus conueniri, niſi infra dictos quinquaginta dies, vt ſupra, expreſsè coram D. Iudice repudiauerint dictam hęreditatem: Et hoc Statutum ceſſet in minoribus vigintiquinq; annis, & in mutis, ſurdis, cęcis, & mentecaptis carentibus curatore: Si enim curatores habeant, aditio hęreditatis intelligatur facta in vtroq; caſu ſupraſcripto, vz. teſtati vel inteſtati, periculo ipſorum curatorum, poſt dictos quinquaginta dies, vt ſupra numerandos, niſi adierint, vel expreſsè repudiauerint coram ipſo D. Iudice ipſi curatores vel minores: Volentes quòd ipſi minores, & alij inhabiles vt ſupra, cogantur ad inſtantiam creditorum, accipere tutores, vel curatores, quibus acceptis, in eis vendicet locum pręſens Statutum modo & forma, & tempore, quibus ſupra, & etiam in caſibus pręteritis, pręſentibus, & futuris.

FINIS SECVNDI LIBRI.

INCIPIT



# INCIPIT LIBER TERTIVS STATVTORVM COMMVNITATIS POTESTARIAE SEXTVLAE, DE MALEFICIIS.

¶ *De ſatiſdatione pręſtanda ab accuſatore, & accuſato, & de eorum iuramentis.* *Rub. I.*

CVM cognitio cauſarum criminalium ad D. Iuſdicentem Poteſtariæ Sextulæ deferatur; aut per viam accuſationis, aut per viam denunciationis, ſeu notificationis per eum factæ, qui ex officio ſibi iniuncto, nota facere tenetur D. Iuſdicenti pręd icto, delicta perpetrata, aut ex eius Officio mero, vel ad querelam: Ideo tractaturi primò de modo per viam accuſationis, &c. Statuimus, & ordinamus, ꝙ quicunq; aliquem accuſare voluerit de aliquo crimine, anteq̃ eius accuſatio admittatur, teneatur, & debeat iurare ad ſancta Dei Euangelia, corporaliter tactis ſcripturis, ipſam accuſationem eſſe veram, & fideiuſſorem pręſtare de ipſa accuſatione proſequenda, & de expenſis reſtituendis, & de condemnatione, de eo fienda, ſoluenda, ſi non probauerit, vel proſecutus fuerit dictam accuſationem, vel ſuccubuerit, & accuſatio admiſſa, ipſa fideiuſſione non pręſtita, pro non admiſſa habeatur, & ſit, & proceſſus inde ſecutus non valeat, nec teneat ipſo iure, & nihilominus Iudex, ꝗ ipſam accuſationem admiſerit, ipſa fideiuſſione non pręſtita, incurrat pœnam lib. vigintiquinq; monetæ currentis: Et pręd icta ſibi locum vendicent, niſi ipſe accuſare volens vellet ſtare detentus in carceribus curiæ Sextulæ pro pręd ictis obſeruandis, quo caſu non teneatur ad ipſam fideiuſſionem pręſtandam: Et ſimiliter accuſatus, anteq̃ eius defenſiones admittãtur, teneatur iurare corporaliter tactis ſcripturis ad sãcta Dei Euãgelia de reſpondendo veritatem, & fideiuſſionem præſtare de iudicio Siſti, & iudicatum ſoluendo, in caſu quo, præſtita fideiuſſione, veniret relaxandus, sm̃ formã noſtrorum Statutorũ, vel ſtaret detentus: & eius reſpõſiones, vel defenſiones aliter non admittantur, & admiſſæ non valeant, & pro non factis habeantur, & nihilominus Iudex admittens incurrat pœnam ſupraſcriptam.

¶ *Quòd nullus poſſit accuſare pro ſuo intereſſe, vltra certum tempus, & nemini liceat accuſare de aliena iniuria.* *Rub. II.*

VOlumus etiam, quòd nullus pro ſuo intereſſe poſſit, vltra biennium, à tempore commiſſi maleficij computandum, ex quo pœna corporis afflictiua veniret imponenda, accuſare.



¶ In alijs

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ In alijs verò delictis, in quibus non imponerentur pœnæ prædictæ, vltra annum accuſare: Et vltra dicta tempora, non audiatur, nec valeat proceſſus, nec condemnatio ſuper accuſatione prædicta: Statuentes etiam nemini licere aliquem accuſare, de aliena iniuria, vel de armis, ſeu de alio quocunq; priuato delicto, ꝙ nõ ſuã, vel ſuorum vſq; in quartum gradum, ſm̃ ius ciuile, iniuriã ꝓſequatur, niſi aliter diſpoſitum eſſet per Statuta noſtra, & ſi contrafactum fuerit ſint ipſo iure oĩa nulla, & teneatur accuſator ad refectionem damnorum parti.

¶ *De accuſatione, & eius productione, & citatione de accuſato non fienda niſi modo infraſcripto.* Rub. III.

SAncimus, ꝙ quælibet accuſatio, in criminalibus delictis, ſiue maleficijs, coram D. Iuſdicẽte porrigatur in ſcriptis, ita quòd Notarius curię ipsã non componat, aut componi faciat, ſed accuſare volens, accuſationem prædictam, dictare, componere, & ſcribere faciat ꝑ aliũ, q̃; per dictum Not. curiæ: Decernẽtes, ꝙ accuſatio p̃dicta in ſe continere debeat, delicti ſubſtãtiam, cum qualitatibꝰ, & cohærentijs ſuis, annum, menſem, & locum delicti cõmiſſi duobus ſaltem cõfinibus declaratum, & teſtes, & nomina teſtium, non adempta propterea facultate accuſatori, pendente termino, producendi alios teſtes, & ꝙ in ipſa accuſatione concludi ſufficiat, reum puniri iuxta commiſſa ꝑ eum, & ſibi iuſtitiam miniſtrari, nec teneatur accuſans declarare diem delicti, ſi D. Iuſdicenti videbitur calumnioſè hoc peti ꝑ Reum: Volumusq́; ipſius accuſationis productionem per dictum Notarium in actis ſuis ſtatim ſcribi, ac ſuper ipſa accuſatione, ſi videbitur D. Iudici eam eſſe admittendam, per D. Iudicem prędictum, ſcribi ꝓducentis nomen: & citatio de ipſo accuſato, non ſeruatis prędictis omnibus, fieri non poſſit, & ſi facta fuerit, non valeat ipſo iure, nec ipſo facto.

¶ *De modo citandi accuſatum re, vel verbo, & de modo & forma procedendi contra accuſatos.* Rub. IIII.

STatuimus, ꝙ accuſatione, de qua ſupra dictum eſt, producta ꝑ eũ, cuius intereſt, vel alium eius nomine; D. Iuſdicens inquirere teneatur à teſtibꝰ deſcriptis in accuſa, nec non ab alijs nominandis, & inueſtigare veritatem rei, de contentis in accuſa ipſa: & eorum dicta ſecretè recipiat, etiam parte non citata, & in actis ſcribi faciat, & horum teſtiũ dicta ad informationem recipiantur, non tñ ſufficiant ad criminis plenam probationem, & ſi ex eis appareant indicia ſufficientia aduerſus Reũ, tunc ſtudeat pro poſſe, capi facere Reum accuſatum; & hoc ſi ex crimine in accuſatione cõtento, pœna corporalis, aut corporis afflictiua, aut pecuniaria, in cuius defectũ

pœna



pœna corporalis, aut corporis afflictiua, aut arbitraria, arbitrio Iudicis veniat imponenda: Quo Reo capto, cogatur idem Reus ꝑ D. Iudicem reſpondere accuſationi, affirmando vel negando, ꝑ verbum veritatis, & nõ ꝑ verbum credit. Et ſi talis captus, antequàm reſpondeat, aut eius legitimus procurator, petierit copiam, volumus copiam ipſius accuſationis ei dari, tñ ſine nominibus teſtiũ, cum termino competenti ad reſpondendum: Qui captus, ſi confeſſus fuerit, cõdemnetur ſm̃ formam Statutorum noſtrorum, data tñ prius ei competenti dilatione ad ſe defendendum, vt infra in Statuto, ſub Rub. De defenſione danda Reo ante condemnationem: Si verò negauerit, ipſius reſponſione ſcripta per Notarium, etiam abſente accuſatore, & q̃ rñſionem haberi volumus ꝓ cõteſtatione litis, reſeruatis tñ exceptionibus ipſi Reo, q̃ poſſent opponi ante litẽ conteſtatam, diſputandis tempore diffinitiuæ, D. Iuſdicens ad inſtantiam accuſatoris, ſiue Rei, ſtatuat terminum cõpetentem, nõ excedentem terminum quindecim dierũ, vtriq; parti, ad probandum, & ꝓbatum habendum ꝑ omne genus probationun ſibi incombentia, & q̃ dilatio notificetur abñti, quibus elapſis, ꝓcedatur vt infra in prox. caſu: De comparente: Si verò Reꝰ nõ fuerit detentus, tunc ipſe citetur in ſcriptis ꝑ cedulam in ſe cõtinentem vt infra, manu D. Iuſdicis ſubſcriptã, aut ſigillatã, ꝙ veniat tali die, & hora ad ſe excuſandum, & defendendũ à tali crimine cõtra eum inſtituto, ponendo qualitatẽ delicti, & accuſæ, contra eum inſtitutæ, accuſatoris perſonã, & nomen Iudicis, corã quo debet comparere, ſcilicet ſemel perſonaliter inuentus, vel bis ad domum ſuæ ſolitæ, & vltimæ habitationis, & ſeu in qua habitabat tempore cõmiſſi delicti, ſi non inuentus fuerit perſonaliter, ꝑ vnum ex nuncijs publicis curiæ, & dicta cedula hoſtio dictæ domus, & ſeu habitationis affigatur, ſi familia non habitauerit in ea, vel citationem accipere noluerit: & ſi habitationem, vel domiciliũ in Poteſtaria Sextulæ nõ habuerit, nec habere conſueuerit, vel vagabundus fuerit, tunc ꝑ vnum ex nuncijs publicè, & alta voce ad oſtium caſellæ iuris Sextulæ conſuetum, Reum nominando, ꝙ infra quinq; dies ꝓximè futuros veniat ad rñdendum accuſæ contra eum propoſitæ, & nihilominus dicta citatio in ſcriptis affigatur oſtio dictæ caſellæ ꝑ vnum ex dictis nuncijs: & ſi in dicto termino nõ cõparuerit, & nõ rñderit, tunc citetur publicè ſolum ad dictũ oſtium caſellæ p̃dictæ ſiue Iuriſdictionarius fuerit, ſiue forẽſis, ꝑ vnũ ex dictis nuncijs, ꝙ infra octo dies debeat comparere ad ſe defendendum, & excuſandum ab accuſatione contra eum porrecta, exprimendo vt ſupra tenorem accuſationis, & nomen accuſatoris in ipſa citatione, cum cõminatione, ꝙ ſi non comparuerit & ſe non defenderit, habebitur ꝓ confeſſo, infra quem terminum ſi non comparuerit, & ſe defendere non curauerit, ſed in contumacia perſeuerauerit, tunc habeatur pro confeſſo, & iterum citetur ad oſtium caſellæ, forma p̃dicta, & eidem ſtatuatur terminus quatuor dierum ad ſe defendendum, allegandum, & dicendum quicquid voluerit, quare non debeat condemnari, tamq̃ cõfeſſus,



& conuictus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

& conuictus de delicto, de quo accuſatur: Quo termino elapſo, & ſe non defendente, ipſe accuſatus tamq̃ confeſſus, condemnetur ſm̃ formã Statutorum noſtrorum, q; condemnatio tñ notificetur eadem die, vel ſeq̃nti Reo cõdemnato, ad eius ſolitam, & vltimam habitationem, ſi q̃ ipſe hũerit in dicta Poteſtaria, ſi autem non habuerit, notificetur ꝑ vnum ex dictis nuncijs ad dictum oſtiũ caſellæ, & vnica notificatio ſufficiat in vtroq; caſu: Si verò dictus Reus in termino comparuerit, tunc illicò detineatur, ſi pœna corporalis veniret imponenda, vel pecuniaria, in cuius defectum ſit pęna corporalis, vel corporis afflictiua, aut arbitraria arbitrio Iudicis imponenda, & ipſe Reus per ſe ſolum, vt ſupra accuſationi rñdeat, qui ſi confeſſus fuerit, condemnetur ſm̃ formam nr̃orum Statutorum, data tamen prius ei competenti dilatione ad ſe defendendum, vt in dicto Statuto, ſub Rub. De defenſione danda Reo, &c.

¶ Si verò negauerit, terminus aſſignetur dictis partibus vt ſupra dictum eſt in capto à principio: Vbi verò pœna corporalis in defectũ pęcuniariæ ſit imponenda, p̃ſtando fideiuſſorem idoneum, & ſufficientem arbitrio Iudicis volumus non detineri, vel captum relaxari, compellatur tñ reſpondere accuſationi pſonaliter vt ſupra, & ſi confeſſus fuerit, procedatur vt ſupra, ſi verò negauerit, ꝓcedatur vt infra: Poſſit tñ Iudex alias dilationes dare vtriq; parti in caſibus ſupraſcriptis, dummodò non excedatur tertia dilatio, & duæ vltimæ dilationes, poſt primam, non excedant tempus quinq; dierum ꝓ qualibet, quibus elapſis proceſſus publicetur, & teneatur Iudex copiam fieri facere partibus petentibus de ꝓceſſu, & de oĩbus factis, vt partibus ſit facultas opponendi cõtra proceſſum, & ꝓbationes factas, & acta, & ſi qua partium voluerit teſtes reprobare in cauſa productos, ſtatuat ei Iudex vnicam dilationem ad reprobãdum, quæ tñ tempus octo dierum nõ excedat, niſi loci diſtantia fortaſſe maius tempus exigeret: Omnibus autem publicatis, aſſignetur terminus quinq; dierũ vtriq; parti ad allegandum, & ipſi Reo terminus ſm̃ formam Statutorum, ſub Rub. De defenſione danda Reo. &c. ad ſe defendendum: Quibus elapſis, infra decem dies immediatè ſequentes terminet Iudex accuſationem, abſoluendo, vel condemnando, clarè & non in confuſo ſm̃ formã pn̄tium Statutorum, pn̄tatis tñ ipſi Iudici ſcripturis cauſæ, ꝑ actoré infra primos quinq; dies dicti termini, q̃ cauſa, ſi infra tẽpus inſtantiæ non fuerit terminata, fiat, & fieri debeat ꝓ ut infra diſpõitur reſpectu inſtãtiæ ꝑemptæ, ſingula ſingulis cõgruè referẽdo.

¶ In quibus verò caſibus nõ ingeritur pœna ſanguinis, ſeu corporis afflictiua, tunc Reus legitimè citatus ad rñdendum cõparens non audiatur, ſi iuramẽtum, & fideiuſſionem de quibus ſupra in Statuto ſub Rub. de Satiſdatione p̃ſtanda ab accuſatore, & accuſato, & de eorum iuramentis, non p̃ſtiterit, ſed cõtra eum ꝓcedatur, & condemnetur, ac ſi nõ comparuiſſet, prout infra, De non comparente: Sed ſi ipſe Reus comparens, dictum iuramentum, dictamquè fideiuſſionem p̃ſtiterit, Iudex eidem Reo petenti copiam accuſationis p̃dictæ, decernat



decernat vt ſupra, ſtatuendo ei terminum competentem prout ei videbitur ad rñdendum dictæ accuſationi, poſt copiam eius habitam, vel oblatam: Quo termino elapſo, ſiue rñderit, ſiue nõ, lis ipſo iure hẽatur ꝓ conteſtata legitimè, accuſatore pn̄te, vel abn̄te vt ſup. & ſi confeſſus fuerit, ꝓcedatur, vt ſup. Si verò negauerit, ſtatuatur ad requiſitionem accuſatoris vel Rei, terminꝰ decem dierũ vtriq; parti ad probandum ſibi incũbentia, & vlterius procedatur vt ſupra, De comparente, & negante: Si verò non comparuerit, ſiue fuerit iuriſdictionarius, ſiue forenſis, inſtante accuſatore, iterum citetur ad oſtium caſellæ, ꝙ infra quinq; dies comparere debeat ad ſe defendendum à dicta accuſatione, cũ comminatione, ꝙ ſi non comparuerit, & ſe non defenderit, habebitur ꝓ confeſſo: Quo termino elapſo, & Reo non comparente, iterum citetur vt ſupra, ꝙ infra tres dies proximè ſequentes comparere debeat ad ſe defendendum, & allegandum, & dicendum quicquid velit, quare non debeat condemnari, tamquàm confeſſus de crimine, & conuictus, qui ſi etiam in dicto termino non comparuerit, ſed in contumacia pſeuerauerit, condemnetur tamq̃ confeſſus, & conuictus de delicto: Volumus tñ p̃dictos Reos citatos in oĩbus ſupraſcriptis caſibꝰ poſſe audiri, & eorũ defenſiones admitti poſt elapſa tempora p̃dicta, ſi vſq; ad ſn̄tiæ publicationem, excluſiuè, comparuerint, refectis tñ per prius expenſis oĩbus ipſi accuſatori, etiã à p̃ncipio cauſæ factis, & non repetendis etiã in caſu victoriæ, non obſtante eorum contumacia, & eo non obſtãte, ꝙ habiti fuerint pro confeſſis, & eo caſu procedatur per Iudicem ad capturam Rei, vel ad fideiuſſoris pręſtationem in ſuis caſibus, & ſtatuantur ꝑ Iudicem termini tàm accuſatori, q̃ accuſato, & procedatur vt ſupra dictũ eſt, & noua incipiat inſtãtia.

¶ Statuentes, ꝙ oẽs cauſæ in oĩbus caſibus ſupradictis per D. Iuſdicentem infra duos menſes continuos, connumerãdos à die litis conteſtatæ, vel habitæ pro conteſtata, terminari debeant, & finiri clarè, & apertè, aliàs ſn̄tia ſit nulla, Et ſi non fuerit terminata, inſtantia ipſo iure intelligatur finita, & perempta, & accuſator condemnetur in expenſis, & in pœna Statuti ꝓ accuſa non probata, ſi eius facto ſteterit: Si verò facto Rei ſteterit, Reus condemnetur in expẽſis: Et ſi ꝑ Iudicem ſteterit, intelligatur eſſe cõdemnatus ipſe Iudex ad omne intereſſe partis, & in lib. vigintiquinq; de ſalario ſuo appl. Communitati prędictæ.

¶ Adijcientes, quòd ſi an aliquo ſupraſcriptorum terminorum productæ fuerint poſitiones, quibus de iure ſit reſpondendum, non proptereaſtent dicti termini in ſuſpenſo, ſed cogatur reſpondere debens iuris remedijs, &c.

¶ *De pœna non probantis, vel non proſequentis accuſationem.* *Rub. V.*

QVicunq; accuſauerit aliquem de delicto, de quo veniret puninẽdus corporaliter, & dictam accuſationem non fuerit proſecutus, vel non probauerit, ſiquidem dicta pœna corporalis eſſet mortis, vel membri abſciſſionis,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ МЕЧНИКОВА

abſciſſionis, condemnetur ipſe accuſator in libris centum March. Si verò minor pœna corporalis veniret imponenda, condemnetur ipſe accuſator in libris q̃nquaginta: Sed ſi veniret imponenda pœna pecuniaria, ſi quidem quingentarũ lib. vel maior, condemnetur in lib. xxv. Si verò minor quingentarũ lib. maior tñ centũ, cõdemnetur in libris decem: Ab inde verò infra cõdemnetur pro qualibet libra condemnationis, quæ veniret de eo fienda, in ſoldo vno: Et prędictas pœnas ꝓ dimidia Duc. Cam. & ꝓ alia dimidia accuſato appl. volum⁹, & nihilomin⁹ condemnetur in expenſis, damnis, & intereſſe: Et prędicta ſibi locum non vendicent, ſi ipſe accuſator deſiſteret ab ipſa accuſatione, ſeu ipſius accuſationis abolitionem impetraret de voluntate, & conſenſu ipſius accuſati, quam abolitionem, q̃ñcunq; ante prolationem ſñtiæ, impetrari poſſe, & concedi debere volumus, & mandamus: Qua abolitione impetrata de voluntate accuſati vt ſupra, nõ poſſit ex ipſa accuſatione ſñtia ſeq̃, & ſecuta nõ valeat: Et nihilominus ipſe Iudex, q̃ dictã abolitioné nõ cõcederet, vel ipſa petita, procederet, condemnetur in centum libris ab ipſo irremiſſibiliter auferendis, & Ca. Duc. pro dimidia, & pro alia dimidia prędictæ Communitati applicandis, &c.

*De maleficijs denunciandis per Maſſarios Communium, & de modo, & forma denunciandi dicta maleficia.* Rub. VI.

SEcundo ordine, cauſarum criminalium cognitio procedit ex denunciatione, ſiue notificatione officialis ad hęc deputati: Ne ergo delicta remaneãt impunita: Statuimus, & ordinamus, q̃d Maſſarij Coĩum Poteſtariæ Sextulæ teneãtur denũciare D. Iuſdicenti oĩa, & ſingula crimina, & maleficia perpetrata tempore eorum officij, & ſimiliter quoſcunq; ludentes ad ludos ꝓhibitos ſm̃ pręſentia Statuta, in cõibus, & locis in quibus exercent talia officia, & ſub eorũ cuſtodia, infra terminum decẽ dierum à tempore delicti cõmiſſi inchoandorum, ꝙ ſi nõ fecerint, ipſi Maſſarij incurrant pęnam lib. quinq; ꝓ quolibet, & qualibet vice appl. Cõitati p̃dictæ, ad quas pęnas poſſit, & debeat Iudex ex officio, iuris ordine ommiſſo, mulctare eos, illis tñ prius citatis, & eorũ defenſionibus auditis, & ea pęna ſoluta, vel nõ, nihilominus cogi poſſint ꝑ dictũ D. Iudicẽ ĩ termino q̃nque dierũ denũciare delicta p̃dicta, ſub pœna dupli dictæ pœnæ, appl. vt ſupra.

¶ Et nihilominus Iudex cogat dictum Maſſarium realiter, & perſonaliter ad denunciandum maleficium.

*De modo, & forma denunciationis fiendæ per Maſſarios.* Rub. VII.

STatuimus inſuper, ꝙ Maſſarij Cõium maleficia in ſcriptis dũtaxat denunciare teneãtur, ſcripturam autẽ denunciationis p̃dictæ ꝓhibemus fieri, aut recipi per Notarium curiæ, pœna lib. q̃nq; ſi contrafecerint fiſco appl. ſed

eandem



eandem dictari, & ſcribi ꝑ alios volumus, in qua contineatur annus, menſis, & loc⁹ delicti perpetrati, qui locus ſaltem duob⁹ confinib⁹ demomſtretur, ipſi⁹que delicti ſubſtantia, & oẽs qualitates, & circunſtantiæ eius deſcribantur, & ſubſcribantur teſtes in p̃dicta ſcriptura, q̃ eius rei notitiã habeãt, & ꝓducatur hęc ſcriptura coram D. Iuſdicente, cuius ꝓductionem ſtatim Notarius curiæ ſcribat in actis, & in libris ſuis, & ſi Iudici admittẽda videbitur, tunc ipſe Iudex propria manu ſubſcribat diem productionis dictæ denunciæ, & eius Maſſarij nomen: Liberantes, hoc caſu, officialem huiuſmodi denunciantem à pręſtatione alicuius fideiuſſionis:

*In quibus caſibus poſſit procedi, ex officio contra delinquentes.* Rub. VIII.

CVm ſuperius expoſuimus qualiter in cauſis criminalibus ꝑ viam & modum accuſationis procedatur, & cognoſcatur, reliquũ eſt modo, vt explicemus in quibus caſibus maleficiorum Iuſdicẽs, ad denunciã, vel querelã ex officio ꝓcedere, et cognoſcere poſſit.

¶ Statuim⁹ itaq; & ordinamus, ꝙ Iuſdicens in Poteſtaria Sextulæ, ex ſuo mero officio, vel ad denunciam officialis deputati, vel querelã cuiuslibet ꝑſonæ, & nulla p̃cedente accuſa, ꝓcedere poſſit, in oĩbus, & ſingulis maleficijs, & delictis, cõmiſſis, ꝓ quibus pœna tã corporalis q̃ pecuniaria veniret imponenda, excepto, quòd ipſe Iuſdicens ex officio non poſſit procedere in crimine adulterij, nec ſtupri, quæ non ſint commiſſa per vim, ſed in his ſeruetur Statutum ſpeciale de hoc loquens.

¶ Declarantes tñ, ꝙ ipſe Iudex, de maleficijs ante eius officium ꝑ decẽnium perpetratis, & cõmiſſis, nullatenus ex mero eius officio, vel ad denunciã, vel ad querelã alicuius ꝑſonæ poſſit inquirere, vel ꝓcedere, & ſi ſecus fecerit, quicq̃d factũ fuerit ꝑ eũ, nõ valeat ipſo iure: Et vlterius teneatur ad damna, & intereſſe eius contra quem ꝓceſſerit, niſi aliter fuerit ꝑ Illuſtriſ. D.N. Ducẽ diſpenſatũ.

*De modo citandi & procedendi per inquiſitionem contra inquiſitos.* Rub. IX.

QVoniã in caſibus in p̃cedenti ꝓximo Statuto compręhenſis, conceſſimus Iuſdicẽti poſſe ex mero eius officio ſiue ad querelam, ſiue ad denunciam alicuius ꝑſonæ ꝓcedere per inquiſitionem contra delinquẽtes, ęquum ẽt nobis viſum eſt, ne nimium relaxãdo arbitriũ inquirentis, innocentia periculo indebitæ pęnæ ſupponatur, & nimis reſtringendo, maleficia facile remaneant impunita, ſtatuere, & ordinare, ꝙ q̃ñ Iudex ex eius mero officio, vel ad querelam alicuius perſonæ procedit, non poſſit inquiſitio ſpecialis quo ad delicta, & perſonas ꝑ eum formari, niſi pręcedentibus indicijs ꝑ teſtes, vel ꝑ alias informationes, receptis, inculpato non citato, q̃ ſibi

videan-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

videātur ſufficientia ad inq̄rendum, & q̄ indicia ſcribi faciat ꝑ Notariū curiæ.

¶ Vbi verò ad denunciam alicuius Maſſarij procederetur, ſtatuimus inquiſitionem abſq; alijs indicijs, ꝑ Iudicē poſſe formari, cum in hoc caſu volumus denunciam ꝓ indicijs ſufficere: Qua inquiſitione in vtroq; caſu formata, citetur in ſcriptis inquiſitus, & inculpatus ſemel ꝑſonaliter inuentus, bis ad domū eius ſolitæ habitationis ꝑ vnum ex nuncijs curiæ ꝑſonaliter nō inuentus, ad comparendum, & reſpondendum dictæ inquiſitioni infra terminum ſex dierum continuorum à die citationis vt ſupra factæ: Quæ citatio in ſcriptis contineat nomen Iudicis corā quo comparere debeat, & in quo loco, & nomē & cognomen citati, & delictum ꝓ quo citatur, cum tenore & effectu totius inquiſitionis, & q̄ citatio relaxetur ipſi citato perſonaliter inuento, vel affigatur ad oſtium eius ſolitæ habitationis, ſi non fuerit ꝑſonaliter inuentus, & de dicta citatione faciat relationem ipſe nuncius quę ſcribatur per Notarium: In quo termino, ſi citatus comparuerit, & delictum, pro quo citatur, fuerit tale ꝙ ꝓ eo pœna corporalis iniungi poſſit, non audiatur, niſi priꝰ detineatur, & intret carceres: Si verò fuerit delictum ex quo pœna pecuniaria veniat imponenda non audiatur, niſi primò p̄ſtet idoneam ſatiſdationem de ſoluendo condemnationem, ſi fuerit condemnatus, & expenſas, qua p̄ſtita, non poſſit detineri vt iam diſponitur, vel ſtet detentus: Qua detentione facta, vel fideiuſſione pręſtita in ſuis caſibus vt ſupra compellatur citatus, & inculpatus comparens ꝑ ſe ſolum, & non per alium ꝓcuratorem, rn̄dere cum eius iuramento inquiſitioni eidem clarè lectæ, & vulgarizatæ ꝑ Iudicem qui ſi confeſſus fuerit ſpontè, condēnetur ſm̄ formam Statutorum, data tn̄ prius ei cōpetenti dilatione ad ſe defendendū, vt inferius dicetur ſub Rub. De defenſione danda Reo ante cōdemnationem. Si verò negauerit, & caſus fuerit talis, ex quo poſſit torqueri, anteq̄ deueniatur ad torturam, teneatur inquirens dare Reo petenti copiam tituli, & totius inquiſitonis, & indiciorum, niſi in crimine lęſæ Maieſtatis, vt poſſit Reꝰ ſe defendere, aut fortè indicia purgare, & data ipſi Reo competēti dilatione, quæ tn̄ nō excedat dies octo ad probandum ſibi incumbentia, teneatur inquirēs recipere informationē, & teſtes pro parte Rei productos ad ſui defenſionem: Quibus apertis, & facta iuridica diſputatione, & cognitione ſuꝑ indicijs, ſi ipſa indicia purgata non erunt, & vrgentia, vel ſufficientia viſa fuerint inquirenti, procedi poſſit ad quęſtiones, & tormēta arbitrio inquirentis, cum eo tn̄ moderamine, vt humanitatis memor, & iuſtitiæ amator eſſe videatur, & innocentiæ potius defenſor, q̄ pęnæ auidus vltor, ita tn̄ ꝙ iuris terminos in tormentis, nō excedat, in qua tortura congruè facta, & ſm̄ qualitatem perſonarum, & delicti, ſi inquiſitus confeſſus fuerit delictum, & deinde oīa ratificauerit, in qua ratificatione adeſſe debeat Notarius maleficiorum cum ipſo D. Iudice, & de qua rogatus ſit ipſe Notarius, aliàs ipſa ratificatio non valeat, nec teneat ipſo iure, & ipſo facto dato termino dicto confitenti, & ratificanti ad ſe defendendum prout infra diſponitur,



ſponitur ſub Rub. De defenſione danda Reo, cauſa cognita, & auditis defeſionibus Rei, ſi quas adduxerit, procedat D. inquirens ad condemnationem, vel abſolutionem, ſecundum formam Iuris, & Statutorum noſtrorum.

¶ Si verò talis citatus, & inquiſitus non cōparuerit in termino p̄dicto, tunc iterum citetur ꝑ vnum ex nuncijs curiæ alta voce ad oſtiū caſellæ, D. Iuſdicēte pro tribunali ſedente, ad rn̄dendum dictæ inquiſitioni, & ſe ab ea defendendū infra alios ſex dies, cum cōminatione ꝙ ſi non comparuerit, habebitur ꝓ confeſſo, & conuicto, & cum affixione cedulæ dicto oſtio, continētis totam formā citationis p̄dictę: In quo termino, ſi citatus comparuerit, fiat & procedatur in oībus, & ꝑ oīa ꝓut ſupra in alia cōparitione ad primā citationē factā diſpōitur. Si verò in dicto termino ſecūdo loco ſupra aſſignato non comparuerit, habeatur ꝓ confeſſo & conuicto, & iterum citetur ad oſtium caſellæ forma p̄dicta, & ei ſtatuatur terminus quatuor dierum ad ſe defendendum, & allegandum, & dicēdum quicuid voluerit, quare non debeat condemnari tamq̄ confeſſus & conuictus de delicto de quo inculpatur: Declarantes ꝙ ſi inquiſitus fuerit forenſis, vel habitator extra diſtrictum, citari debeat ad oſtiū caſellæ cum formis, & terminis p̄dictis, & eo comparente, vel non, ſeruentur oīa q; ſupra diximus de Iuriſdictionario in ꝓuincia hītante, ſingula tn̄ ſuis ſingulis congruè, & aptè referendo in ſingulis citationibus, & terminis p̄dictis: Et ſi aliter factū, & proceſſum fuerit, inquiſitio, & proceſſus ſit ipſo iure nulla, & nullꝰ: (circunſcripta penitus, & abolita, nonnullorum hactenus Iuſdicētium in dicta Poteſtaria corruptella, & in fraudem tàm Duc. Cam. q̄ ſubditorum excogitata, qui cum haberent aliquem inculpatum de aliquo maleficio, citabant ipſum ad comparendum coram eis in arce Sextulæ pariturum mandatis ſub maximis pœnis) niſi aliter ipſi Officiali per Illuſtriſ. D. N. Ducem in modo procedendi commiſſum fuerit: Volumus tn̄ pręדictos Reos citatos in dicto termino dato ad allegandum, & q̄cunq; ante ſententiam poſſe comparere, & audiri debere, & eorum defenſiones admitti, non obſtante eorum contumacia, & eo non obſtante, ꝙ habiti fuerint pro confeſſis, eorum tamē contumacia in caſu p̄dicto, & in caſibus, & maleficijs, in quibus torturæ locus eſſe poſſit, faciat, & feciſſe intelligatur legitima indicia contra ipſos, ēt ſi de ipſis aliter non conſtaret, nec de ipſis aliqua copia peti, vel dari poſſet, quo caſu ēt ꝓcedatur ꝑ Iudicē ad capturam Rei, vel ad fideiuſſoris p̄ſtationem in ſuis caſibus: Poſſit tamen Reus donec fuerit carceratus defendere ſe ꝑ procuratorem, teneatur tamē per ſe, & perſonaliter, vt ſupra dictum eſt, reſpondere inquiſitioni, ac capitulis, & poſitionibus, ſine eius procuratoris, & aduocati pn̄tia: At poſtq̄ reſponſum fuerit inquiſitioni, fiat, & detur facultas loquēdi cum carcerato, ſi voluerit procuratorem conſtituere, & eum informare de aliquibꝰ, quæ omnia volumus obſeruari, ſiue procedatur ex mero officio inquirentis, ſiue alio modo.

¶ Et citationes p̄dictæ, q̄ fiēt ad oſtiū caſellæ ꝓ requirēdis Reis occaſione ali

cuius

cuius maleficij, fieri debeât qñ officialis ſedit ad bancũ iuris, & citatio, & cridatio alio tempore facta ſit ipſo iure nulla, nec aliquod afferat pręiudiciũ citatis.

¶ Volumus tamen, ꝙ in ꝑdictis terminis, & dilationibus ſtatutis Reis inquiſitis, poſſit & valeat Iudex recipere informationes, & teſtes examinare tàm ꝓ indicijs, q̃ ꝓ liquidatione delicti contra inquiſitum, qui intelligatur monitus, & pro monito hẽatur vigore pñtis Statuti, pro ſingulis diebus, & horis ad ꝑdicta, pendentibus dictis terminis, & dilationibus: Statuentes inſuper, & ordinãtes ꝙ Iuſdicens ac inquirens teneatur finire, & terminare condemnãdo vel abſoluendo clarè, & appertè pręd ictas cauſas, & proceſſus inquiſitionum infra duos menſes à die primæ citationis factæ, ſi fuerit Reus extra carceres: ſi verò fuerit in carceribus, infra menſem à die rñſionis factæ ꝑ inquiſitũ, ſub pœna lib. xxv. monetæ currentis, ſi pœna imponenda fuerit pecuniaria, ſi verò fuerit corporalis, ſub pœna librarum quinquaginta, q̃ pęnæ ipſo iure appl. ꝓ dimidia Ca. Duc. & ꝓ alia dimidia Cõitati Põtarię Sextulæ ꝑdictæ; & nihilomin⁹ terminare teneatur vt ſupra infra alios q̃ndecim dies tunc ꝓximè ſequẽtes, ſub eadẽ, & ſimili pœna, & tantæ q̃titatis, & quòd ſupra dixim⁹ de nomine & cognomine non habeat locum in forenſe, & vagabundo, vel in alijs, ſi ignorarentur.

¶ Diſponentes, ꝙ in oĩbus caſibus, in quib⁹ pęna corporalis, vel pecuniaria excedens q̃titatem lib. xx. ꝑcedentibus legitimis indicijs, quis poſſit torqueri: Decernimus quoq; in cauſis criminalibus, teſtium examinatorem eſſe debere omnino ipſum Dominum Iudicem.

¶ Statuimus inſuper, ꝙ ſi inquiſitus de aliquo maleficio, ex quo pœna vltra decem libras non eſſet irroganda, erit in concordia cum eo contra quem commiſſum fuit maleficium, poſſit qñcunq; ante ſñtiam comparere, & cum pñtia, conſenſu, & voluntate eius contra quem commiſſum fuit maleficium, poſtulare à Iudice abolitionem dicti maleficij, & inquiſitionis, quam ipſe Iudex teneatur dicto inq̃ſito impartiri, & ſi ſec⁹ fecerit, & ea abolitione petita, vlterius proceſſerit, q̃cquid actum, factum, & ſñtiatum fuerit ꝑ eum, ſit ipſo iure nullum, & vlterius ipſe Iudex incidat in pœnam librarum vigintiquinq; march. appl. pro dimidia Cam. Duc. & pro alia dimidia prędictæ Cõmunitati Sextulę.

¶ *Quòd D. Iuſdicens poſſit procedere contra nominatos per malefactores.* *Rub. X.*

VOlumus, ꝙ D. Iuſdicens in dicta Poteſtaria ex ſuo officio poſſit ꝓcedere cõtra nominatos ꝑ aliquẽ malefactorem, qui veniret cõdemnandus ad mortem, ſi talis puniendus perſeuerauerit in tali nominatione vſq; ad vltimam horam ſupplicij cum iuramento, & intelligatur perſeueraſſe niſi contrarium dixerit, & ſi contrarium dixerit, tunc Notarius maleficiorum teneatur ipſam reuocationem annotare in proceſſu nominationis vt appareat: qua reuocatione facta, contra tales nominatos non poſſit procedi, niſi ſtantibus alijs legitimis indicijs.

¶ Quòd



¶ *Quòd dies aſſignationis termini non computetur in termino, & ſi vltima dies termini feriata, ſequẽs dies non feriata intelligatur de termino.* *Rub. XI.*

ORdinamus, ꝙ in qualibet dilatione iuris, ſiue Statutorum, dies, in qua eſt aſſignata dicta dilatio, nõ computetur in ipſa dilatione, nec de ea eſſe intelligatur; & ſi vltima dies dilationis inciderit in diem feriatã, ſeq̃ns dies nõ feriata intelligatur eſſe de dilatione: Et prędicta locum habeant tàm in ciuilibus, q̃ in criminalibus.

¶ *Null⁹ volens idoneè ſatiſdare, ꝑſonaliter detineatur ſi cauſa fuerit pecuniaria.* *Rub. XII.*

NEmo accuſatus, inquiſitus, vel inculpatus pro delicto, ex quo pœna ſanguinis, vel corporis afflictiua non veniat imponenda, ſed pecuniaria, poſſit perſonaliter detineri, aut detineatur ꝑ Iuſdicentem, ſi paratus fuerit dare, & cum effectu dederit idoneam ſatiſdationem de parendo mandatis ipſius Iuſdicentis, & de ſoluendo omnem condemnationem, q̃ fieri de iure contra eum poſſet occaſione, de qua inquiritur, vel inculpatur: & Iuſdicens teneatur certificare fideiuſſorẽ de quantitate pœnæ, in qua inculpatus, pro quo fideiubet, poterit condemnari sm̃ formam Statutorum, & ad plus non teneatur ipſe fideiuſſor datus, niſi aliter appareret D. Iuſdicenti ex aliqua iuſta cauſa, pœna Iuſdicenti in prędictis vel quolibet prędictorum contrafacienti lib. x. auferendarum, & Duc. Cam. appl. Et vlterius condemnetur ipſe Iuſdicens in ęſtimatione iniuriarum, ei, cui facta fuerit iniuria occaſione prędicta.

¶ *De defenſione danda Reo ante condemnationem.* *Rub. XIII.*

DOminus Iuſdicẽs in Poteſtaria Sextulę nõ poſſit, nec debeat aliquẽ, ẽt ſpontè cõfeſſum, vel cõfeſſionem in tormentis factã ratificãtem criminaliter condemnare aliqua occaſione, niſi prius ei dederit cõpetentem dilationem ad ſe defendendum, q̃ non poſſit eſſe minor decem dierũ ſi pœna mortis, vel vltimi ſupplicij eſſet imponẽda: Si verò pœna ſanguinis, vel corporis afflictiua, citrà tñ mortẽ eſſet irrogãda, dicta dilatio nõ poſſit ẽẽ minor ſex dierũ: vbi aũt alię pęnæ venirẽt inferẽdæ, dicta dilatio detur arbitrio Iuſdicẽtis: q̃ dilatio ſcribi debeat ĩ actis: & ſi cõtrafactũ fuerit, talis cõdẽnatio nõ valeat, & ipõ iure nulla ſit, nec ex ea executio, vel exactio fieri poſſit.

¶ *Quòd à ſententijs latis in cauſis criminalibus non poſſit appellari, nec de nullitate dici.* *Rub. XIIII.*

STatuitur, ꝙ ab aliqua ſñtia, vel ſñtijs latis in cauſis criminalibus, cuiuſcũq; generis ſint, non poſſit appellari, de nullitate dici, nec contra eas ſupplicari,

 vel

vel bñficium in integrum reſtitutionis poſtulari, etiã ex capite minoris ętatis, nec eas officio Iudicis infringi, ſi Re⁹ confeſſus fuerit, vel hēbitur ꝓ cōfeſſo, ex forma pñtiũ Statutorũ, vel et cõuict⁹ p ꝓbationes, vel alio legitimo modo, &c.

¶ *Quòd in condemnationibus criminalibus apponatur nomen, & cognomen condemnati, & fideiuſſoris.* Rub. XV.

IN qualibet condemnatione, vel ſñtia criminali, q̃ de cętero fient per Iudicem, apponi debeat, & ſcribi nomen, & cognomen condemnati, & eius fideiuſſoris, ſi fideiuſſorem dederit, & ſi fuerit cōtrafactũ, condemnetur Notari⁹, ſiue Officialis, cuius defectu hoc ꝓceſſerit in lib. decem march. ꝓ qualibet vice, & non habeat hoc locum in forenſibus, ſeu aduenis, quorum nomina & cognomina veriſimiliter ſciri non poſſunt.

¶ *De pœna imponenda in caſibus ommiſſis.* Rub. XVI.

STatuim⁹, ꝙ ſi acciderit aliquis caſus non expreſsè comprehenſus in pñti volumine Statutorum, qui caſus ſit punibilis, tũc in ꝓcedendo, & pęnam imponendo procedatur, & imponatur pœna ſm̃ formam Statutorum Ciuitatis Ferrariæ: Et ſi Statutum in Ciuitate Ferrariæ ſuper ſimili delicto non inueniatur, tunc imponatur pœna ſecundum formam iuris communis, cum arbitrio tñ Iudicis eam imminuendi, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonæ.

¶ Nolum⁹ tamen aliquem pro aliquo maleficio, ſeu delicto poſſe puniri in pœnam mortis, vel vltimi ſupplicij, niſi aliquo noſtro Statuto municipali caueatur: vel aliter viſum fuerit Illuriſtrſs. D.N. Duci ex iuſta cauſa.

¶ *De pœna blaſphemantis Deum, & Sanctos.* Rub. XVII.

SIcut in primis, & ante omnia, Diuina Maieſtas veneranda eſt, ita de pęnis delinquentium tractaturi, operępretium eſſe duximus pęnam blaſphemantium Deum, & eius Sanctos alijs pęnis in ordine pręponere, & de ea primò tractare.

¶ Statuimus itaq; & ordinamus, ꝙ quicunque blaſpemauerit, vel maledixerit Deum, vel Beatiſſimã virginem Mariam, aut aliqđ verbum iniurioſum de ipſis protulerit, condemnetur in libris decem march. quas ſi non ſoluerit infra decem dies, ſoluat duplum, & ſi duplum infra alios decem dies non ſoluerit, eidem tunc lingua amputetur, ſi venerit in fortiã D. Iuſdicentis. Quicunq; verò temerariè, auſus fuerit imaginem Saluatoris nr̃i, vel ei⁹ Matris virginis Mariæ contaminare, percutere, deuaſtare, vel comburere, aut aliquid vituperoſum, vel obrobrioſum contra dictas imagines facere, cōdemnetur in

amputationem



amputationem manus: Si verò blaſphemauerit, aut maledixerit Sanctum, vel Sanctam, aut aliqđ verbum iniurioſum de his ꝓtulerit, cōdemnetur in lib. quinq; pro quolibet, & qualibet vice, quas ſi infra octo dies non ſoluerit, duplum ſoluat: Sed ſi alicuius Sancti, vel Sanctæ imaginem iniurioſè percuſſerit, deturpauerit, vel aliꝙ inhoneſtum, vel vituperoſum in ea fecerit, cōdemnetur in libris vigintiquinq; quas ſi infra quindecim dies ſoluere ceſſauerit, vel non potuerit, corporaliter, Iudicis arbitrio, vt ſupra caſtigetur, & in caſibus pdictis popularis ſit accuſatio, ita ꝙ qlibet poſſit accuſare, & denunciare, & ei credatur cũ eius iuramēto, ſi pſona fidedigna Iudici videbitur, cum vno teſte fidedigno, cui⁹ dictũ ĩ ſcriptis redigatur, & heāt medietatē pęnę pecuniariæ, reſiduũ verò dictæ pęnę fiſco appl. nec ꝓſit delinquēti ĩ aliquo pdictorũ caſuũ eius cōfeſſio.

¶ *De pœna turbantis aliquem in poſſeſſione.* Rub. XVIII.

SI quis p ſe, vel alium turbauerit aliquam pſonã, vel vniuerſitatem in poſſeſſione alicuius rei mobilis, vel immobilis, puniatur ſi fuerit rei mobilis, in pœnam lib. decem, monetæ currentis, & ſi fuerit immobilis, in libris vigintiquinq; & in vtroq; caſu, plus & minus arbitrio Iuſdicentis, inſpecta qualitate perſonarum, & rei, & qualitate turbationis, & vlterius ad damna, & intereſſe partis turbatæ, & ad cauendum de cętero de non moleſtando, nec turbando, & ad reſtitutionem fructuum perceptorum, & qui percipi potuiſſent: Et in caſu prędicto ſolum procedi poſſit ad inſtantiam partis, & non ex officio, niſi turbans eſſet potentior, vel potens, vel nobilis, quo caſu procedi poſſit etiam ex officio, procedi tamen debeat omni caſu, ſine figura iudicij in prędictis: Et infra viginti dies teneatur Iuſdicens prędicta expedire, ſub pœna lib. vigintiquinque: Et pœna prędicta duplicetur in nobilibus, & potentibus.

¶ *Quòd ſpoliatus reſtituatur in poſſeſſionem, in qua erat tempore ſpoliationis, & de pœna ſpoliantis.* Rub. XIX.

SPoliatus de aliqua re mobili, vel immobili, aut ſe mouente, reſtituatur, & reſtitui debeat p Iuſdicētem in eadem poſſeſſione, vel quaſi, in qua erat tempore ſpoliationis, & idem intelligi volumus de illo, in cuius poſſeſſionē alicuius rei immobilis, vel mobilis, aut ſe mouentis, alius intrauerit propria authoritate, & non ſeruata iuris ſolemnitate, ſũmariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, & hoc infra terminum decem dierum poſtq̃ doctum, ſeu demōſtratũ fuerit ipſi Iuſdicenti de ſpolio prędicto, ſiue facta ſummatim fide de poſſeſſione, vel quaſi, & tenuta illius rei, in qua ille talis intrauit, & nihilominus ille qui

 alium

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

alium ſpoliauerit, vel poſſeſſionem alicuius intrauerit, condemnetur ad reſtitutionem fructuum per eum ꝑceptorum ex re ſupradicta, & ad damna, intereſſe, & expenſas ſpoliati, & illius in cuius poſſeſſionem alius intrauit: Et vlterius talis ſpolians, vel intrans in poſſeſſionem alterius vt ſupra, condemnetur in libris quinquaginta march. & inſuper, facta reſtitutione ſupradicta D. Iuſdicens teneatur, & debeat manutenere, & tueri ip̄m reſtitutum in ipſa poſſeſſione, donec declaratum fuerit per ipſum quis fuerit iuſtus poſſeſſor.

¶ *De pœna facientis inſultum contra aliquem ad eius domum, vel alibi, quàm ad domum eius habitationis.* Rub. XX.

SI quis aliquem ad domum, aut ſub eius porticu ſtudioſè aſſaliuerit, ſeu inſultauerit cum armis vetitis, & ferità, vel percuſſionem aliter non fecerit condemnetur in lib. quindecim fiſco appl. Si verò ſine armis vetitis, in libris ſeptem, hoc tamen non habeat locum inter habitantes in eadem domo: Si autem alibi, q̃ ad domum ꝗs contra aliquem cum armis vetitis, abſq; tamen percuſſione aliqua, inſultum fecerit, cōdemnetur in lib. decem march. Sed ſi ſine armis vetitis, & percuſſione, in libris quinq; Adijcientes, ꝙ ſi ille, qui fecerit inſultum, habuerit licentiam portandi arma, pœna duplicetur in ſuis caſibus, ſi arma ipſa euaginauerit, vel admenauerit: Declarantes etiam, quòd ſi vulnus, vel percuſſio ſecuta fuerit ex dicto inſultu, minor pœna confundatur cum maiori.

¶ *De pœna offendentis, vel percutientis aliquem.* Rub. XXI.

SI quis percuſſerit aliquem à facie inferius, manibus vacuis, ſiue cum pedibus, ſine ſanguine, condemnetur in tribus lib. monetę currentis in Poteſtaria Sextulæ pro qualibet percuſſione.

¶ Si verò percuſſerit in faciem, ſine ſanguine, & liuido, vel macatura, condemnetur, in decem lib. vt ſupra.

¶ Si autem cum liuido, vel macatura, vel effuſione ſanguinis de naribus, ſine ruptura tamen, condemnetur in lib. quindecim pro qualibet percuſſione.

¶ Percutiens, verò in capite, extra faciem ſine ſanguine, cōdemnetur in lib. quatuor pro qualibet percuſſione.

¶ Sed ſi percuſſerit aliquem manibus vacuis, vel pedibus in perſonam à facie inferius cum ſanguine, condemnetur in lib. ſex pro qualibet percuſſione: Et ſi in facie abſq; membri debilitatione & cicatrice remanſura, condemnetur in quindecim lib. pro qualibet percuſſione: Et ſi in capite extra faciem cum ſanguine, condemnetur in lib. octo pro qualibet percuſſione.

¶ Percutiés autem aliquem ſine armis vetitis, cũ baſtone, vel alia materia in

perſonam



perſonã à facie inferiꝰ, ſine sãguine, condẽnetur ĩ lib. ſex ꝓ qualibet ꝑcuſſione.

¶ Si verò in capite, vel facie, & ſine ſanguine, & membri debilitatione, & oſſis fractione, condemnetur in lib. quindecim pro qualibet percuſſione.

¶ Et ſi in perſonã percuſſerit à facie inferius cum ſanguine ſine membri debilitatione, & oſſis fractione, cōdemnetur in lib. decem ꝓ qualibet ꝑcuſſione.

¶ Si verò in facie, vel in in capite cũ sãguine, abſq; debilitatione mẽbri, oſſis fractura, ac cicatrice remãſura, in lib. xxv. cōdemnetur pro qualibet ꝑcuſſione.

¶ Quicunque verò percuſſerit aliquem, cum armis vetitis, & ferro dictorũ armorum, ſi percuſſerit in perſonam a facie inferius ſine ſanguine, condemnetur in lib. xv. pro qualibet percuſſione.

¶ Si verò cum ſanguine, abſque membri debilitatione, & oſſis fractione condemnetur in libris triginta.

¶ Si verò in facie, vel in capite ſine ſanguine, & abſq; membri debilitatione, & oſſis fractione, condemnetur in lib. xxv.

¶ Si verò cũ ſanguine, abſq; tñ mẽbri debilitatione, oſſis fractione, & cicatrice remanſura, condemnetur in libris quadraginta pro qualibet percuſſione.

¶ Si verò cũ oſſis fractura, vel cicatrice remãſura condemnetur in duplum.

¶ Quicunque autem cum armis vetitis, vel ſine, excęcauerit aliquem vno oculo tantũ, vel ei euulſerit oculum tantùm, condemnetur in libris ducẽtum.

¶ Si verò aliquẽ ambobus oculis excęcauerit, vel ei ambos oculos euulſerit, ſimiliter ambobus oculis priuetur, & excęcetur, & vlterius condemnetur in libris ducentis.

¶ Si verò naſum alicui amputauerit condemnetur in libris centum.

¶ Si verò aurem alicui amputauerit, condemnetur in lib. quinquaginta.

¶ Si verò ambas aures, condemnetur in lib. centum quinquaginta.

¶ Quicunque vero cum armis, vel ſine alicui membrum aliquod amputauerit, condemnetur in libris ducentis.

¶ Si verò alicui membrum aliqđ debilitauerit, cōdemnetur in lib. centum.

¶ Si verò digitum, vel digitos manus, alicui amputauerit, pro quolibet digito condemnetur in libris quinquaginta.

¶ Si verò digitum, vel digitos pedis, pro quolibet digito condemnetur in libris vigintiquinque.

¶ Si verò digitum, vel digitos tàm pedis, quàm manus alicui debilitauerit, condemnetur in dimidia pœnarũ ꝓdictarum, ſingula ſingulis aptè referendo.

¶ Declarantes ꝙ prędictę pęnę pecuniariæ, à verſiculo, Quicunq; autẽ cum armis vetitis, vel ſine excęcauerit aliquem, ſuprascripto, vſq; ad ſupradictũ proximum verſiculum incluſiuè, pro dimidia appl. parti offenſæ, cui etiã nihilominus ſaluũ ſit iꝰ ad damna, & intereſſe contra offendentẽ, & ꝓ alia dimidia fiſco.

¶ Quicunque verò fregerit os, vel oſſa alicui, extra eius caput, vel faciem, condemnetur in libris quinquaginta pro quolibet oſſe fracto.

 ¶ Et ſi

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Et ſi quis aliquem ſcarminauerit, aut ſpinxerit, & ex ſpinctura ceciderit in terram, abſq; eo ꝙ repercutiendo ſanguis exierit, cõdemnetur in libris quinq;

¶ Si verò ex ſpinctura ceciderit in terrá, & repercutiendo ſanguis factus fuerit, condemnetur in libris decem.

¶ Si verò ex ſpinctura non ceciderit, condemnetur in ſoldis quadraginta.

¶ Si autem aliquis cęperit aliquem ad gulam, vel ad pectus, vel ad capitium, vel aliquem deſcapuzauerit, condemnetur in libris tribus.

¶ Et ſi aliqs cõtra aliquem lapidem, vel ballottam ferreã vel plumbeam, vel alterius materiæ proiecerit, & non percuſſerit, condemnetur in lib. tribus.

¶ Ille verò q cum baliſta, vel arcu, ſchiopetto, vel archibuſo, lancea, vel glauarena, vel dardo, vel alio telo traxerit, & manus eius exiuerit contra aliquem, & non percuſſerit, condemnetur in lib. viginti.

¶ Si qs verò aliquẽ ſgrafignauerit ĩ facie ſine ſãguine cõdẽnetur ĩ libris trib⁹. Et ſi in aliqua alia parte corporis ſgrafignauerit aliquem, condemnetur in ſoldis triginta: Et ſi aliquo caſu ſanguis exierit, pœna duplicetur.

¶ Si aũt aliqs aliquẽ cũ dentibus momorderit, & ex tali morſura ſanguis exiuerit, condemnetur in libris quinque, & ſi ſanguis non exiuerit, in ſoldis quinquaginta, ſi fuerit alibi q̃; in facie: Sed ſi in facie, pœna prędicta duplicetur.

¶ Dantes tamen arbitrium Iuſdicenti minuendi dictas pęnas, inſpecta qualitate percuſſionis, & conditione perſonarum tàm percutientis, quàm percuſſi.

¶ *De pœna homicidæ, vel mandantis fieri homicidium.* Rub. XXII.

SI quis per ſe, vel alium doloſè homicidium commiſſerit in Põtaria Sextulæ, & in fortiam D. Iudicis peruenerit, poſtq̃ de homicidio liquidum fuerit, & ipſum puniendum de dicto homicidio ꝑ dictũ D. Iudicem fuerit declaratum, capite puniatur, ita ꝙ moriatur: Si verò non comparuerit, vel non peruenerit in fortiam dicti D. Iudicis, ponatur in banno, & banniatur de Poteſtaria Sextulæ, q, ſi quo tempore venerit in fortiam Iudicis dictæ Poteſtariæ ducatur ad locum iuſtitię, & ibi capite puniatur, ita ꝙ moriatur, & vtroq; caſu oĩa eius bona publicata eſſe intelligãtur, & fiſco Illuſtriſs. D. N. pro dimidia, & pro alia dimidia hęredibus occiſi, & interfecti applicentur, ſaluo iure dotium vxoribus, & filiab⁹ delinquentium, & ſaluis iuribus creditorum, etiam hypotecam expreſſam non habentium in bonis illorũ homicidarum, & ſaluo iure aſcendentium, & deſcendentium, ita ꝙ quilibet habeat ſuam legitimam portionem: Et D. Iuſdicẽs ex debito ſui officij teneatur, & debeat in continenti, dictos hęredes, & camerã, vel alium eorum nominibus recipientem, ponere & inducere in corporalem poſſeſſionem dictorum bonorum, & inductos defendere manu Regia & militari, etiam nulla iuris, vel Statutorum ſolemnitate ſeruata: De quibus bonis tamq̃ veri domini & iuſti

poſſeſſores,



poſſeſſores, diſponere poſſint: Et ſi diſtrictualis ꝑ ſe, vel alium homicidum cõmiſſerit de aliquo diſtrictuali, etiam extra Põtariam prędictam capite puniatur, ita quòd moriatur, & bona publicentur, & applicentur vt ſupra: Et D. Iuſdicens poſſit contra talem malefactorem procedere per inquiſitionem, & ipſum punire, per, & ſecundum formam pręſentis Statuti.

¶ Et idem intelligatur de pręſtante auxilium, conſilium, & fauorem ad homicidium: Si verò diſtrictualis homicidium de alio quã diſtrictuali commiſſerit extra dictam Poteſtariam vt ſupra, non poſſit cõtra talem procedi, niſi per viam, & ſecundum diſpoſitionem iuris communis.

¶ *De Aſſaſſinis & eorum pœnis.* Rub. XXIII.

QVoniam intentionis nr̃æ eſt aſſaſſinos ſpecialiter punire, ideò nobis congruum eſſe videtur primò declarare, qui ſit, & eſſe intelligatur aſſaſſin⁹. Declaramus igitur, ꝙ quicunq; occiderit, vel ꝑcuſſerit aliquem derobbãdo, vel animo, & ſeu cauſa derobbandi, ſit & eſſe intelligatur aſſaſſinus: Et pariter quemcunq;, qui, ſibi pretio, ſeu premio dato, vel promiſſo occiderit, vel ꝑcuſſerit, vel aſſaltauerit aliquem cum derobbatione, vel ſine, aſſaſſinum eſſe volumus: Statuimus, itaq; ꝙ quicunq; aſſaſſinus fuerit occidendo, ſtraſinetur viuus vſq; ad locum iuſtitię ad caudam vnius equi, & ibidem decapitetur, ita ꝙ moriatur, & omnia eius bona publicentur, & publicata eſſe intelligantur ipſo iure, de quibus fieri debeat vt ſupra in Statuto ſub Rub. De pœna homicidæ.

¶ Aſſaſſinus verò inferendo percuſſionem cũ ſanguine, vel os rumpendo, vel faciem deformando, vel membrum debilitando, condemnetur in amputationem manus, in qua plus poterit, ſi aũt dicta percuſſio facta fuerit ſine ſanguine, vel oſſis fractione, vel faciei deformatione, vel mẽbri debilitatione, tunc dictus aſſaſſinus condemnetur in libris centum: ſi autem aſſaſſinus fuerit aſſaliendo, condemnetur tunc in lib. quinquaginta monetæ currentis.

¶ Et banniantur ſupradicti oẽs aſſaſſini, vltra pęnas pecuniarias, ſub pœna capitis, de oĩbus terris, & locis ſubiectis Illuſtriſs. D. noſtro Duci: Diſponẽtes ꝙ dans, vel promittens pretium, ſeu premium aſſaſſino, puniatur eadem pœna, qua punitur, vt ſupra ipſe aſſaſſinus in ſuis caſib⁹ ſupradictis, ſingulis congruè referendo: Et prędictas pęnas aſſaſſinum, & dantem, vel promittentem pretium, vel premium eidem aſſaſſino, vltra pęnas pro homicidio, vel percuſſione, vel inſultu in alijs Statutis ordinatas pati volumus.

¶ *De pœna patricidæ, matricidæ, & fratricidæ.* Rub. XXIIII.

QVicunque per ſe, vel alium patrem, matrem vel fratres occiderit, viuus ſquartetur, itaqđ ſtatim moriatur, & eius bona publicentur vt ſupra, & ſimiliter applicentur, vt in Statuto, ſub Rub. de pęna homicidæ.

¶ De pœna

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

¶ *De pœna per vim ſtuprantis mulierem honeſtam.* Rub. XXV.

SI quis mulierem honeſtam, aut virginem per vim ſtuprauerit capite puniatur, ita quòd moriatur, & bona eius confiſcari debeant prout in ſupradicto Statuto, de quibꝰ tamẽ bonis debeat prius dotari mulier ſtuprata dote cõdecenti, iuxta eius mulieris cõditionẽ.

¶ Si verò non per vim, ſed alio quouis modo dictam mulierem ſtuprauerit, condemnetur in libris quinquaginta, niſi parentes, & alij de quibus infra, ad iniuriam prouocauerint modo, & forma quibus ſupra.

¶ *De pœna per vim adulterantis mulierem nuptam, & honeſtam, vel viduam, vel non per vim, ſed alio modo.* Rub. XXVI.

SI quis mulierem nuptam, & honeſtam per vim adulterauerit, capite puniatur, ita ꝙ moriatur, niſi maritus ad iniuriam nõ prouocauerit, vel remiſerit adultero: Si verò mulier fuerit vidua, & honeſtæ vitæ, ſimiliter capite puniatur, ita ꝙ moriatur, niſi parentes, aut filij ipſius viduę non prouocauerint ad iniuriã, ſed remiſerint ipſi adultero, quo caſu nõ puniatur pęna mortis vt ſupra, ſi eã duxerit in vxorem, ſed cõdemnetur in lib. centũ: Si verò non ꝑ vim, ſed alio quouis modo ipſas mulieres adulterauerit, q̃ non ſint publicæ meretices, cõdemnetur in lib. q̄nquaginta, ſi maritus, vel parentes ad iniuriam ꝓuocauerint, aliter nõ.

¶ *De pœna mulieris committentis ſtuprum, vel adulterium, & qui admittantur ad accuſationem prędictorum, & quòd Iuſdicens in dictis caſibus non poſſit procedere ex officio.* Rub. XXVII.

SI qua mulier hñs maritum, q; non ſit meretrix publica, vel famoſa, ſpontè adulterium commiſerit capite puniatur, ita ꝙ moriatur, & dotem amittat viro applicandam, viuente marito, & eo mortuo, filijs cõibus, ad cuius accuſationem criminis, non admittatur niſi maritus dictæ mulieris, & in talibus caſibus Iuſdicens non poſſit procedere ex officio, nec contra ipſam inquirere.

¶ Mulier aũt nõ hñs maritũ, q; nõ ſit meretrix publica, vel famoſa ſtuprum ſpontè committens, condemnetur in lib. quinquaginta, ad cuius criminis accuſationem non admittãtur, niſi infraſcriptæ ꝑſonæ, auꝰ, pater, filius, frater, & patruus, in quo ẽt caſu D. Iuſdicens non poſſit ꝓcedere, vel inq̄rere ex officio.

¶ *De pœna rapientis mulierem honeſtè viuentem.* Rub. XXVIII.

QVicunq; mulierem honeſtè viuentem cuiuſcunq; gradus, & conditionis exiſtat rapuerit, vel eam de domo ſuæ habitationis abduxerit contra

voluntatem



voluntatem patris, matris, fratrum, ſeu fratris, ẽt ſi ea volente factum fuerit, vel etiam ſi ipſa cum ipſo raptore ꝑ verba de futuro ante raptum ſponſalia cõtraxiſſet: ſi capiatur capite puniatur, ita ꝙ moriatur, & ſi non capiatur, ꝑpetuò banniatur ad amputationem capitis, & ad confiſcationem bonorum, & ſi quo tempore venerit in fortiam Iudicis, caput ei amputetur, ita ꝙ moriatur: poſſit tñ à pœna corporali ſe redimere, ſi ipſam mulierem in vxorem ſuſceperit, vbi non eſſet nupta, cum conſenſu, & voluntate patris, & matris, vel fratris ipſius mulieris, ſi patrem non haberet, vel tutoris, vel curatoris, vel aliorum, ſub quorum gubernio eſſet ipſa mulier, vel puella, & eam dotauerit, iuxta mulieris conditionem, & aliter non puniatur: Si autem ipſam mulierem in vxorem ſuſceperit ſine cõſenſu prędictorum, ſingula ſingulis referendo, & ipſam dotauerit vt ſupra, tunc talis raptor euitet pęnam corporalem, ſed condemnetur in libris centum, & eiſdem pœnis puniatur quicunq; auxilium, conſilium, & fauorem ad ꝑ̄dicta committenda ꝑ̄ſtiterit, ſaluis tñ, etiam in ipſis, exceptionibus ꝑ̄dictis: Si verò aliquam mulierem cum qua prius contraxiſſet ꝑ verba de pñti ſine conſenſu ſupraſcriptorũ, ſingula ſingulis referendo, rapuerit, cõdemnetur in libris centum, & vlterius eã dotare teneatur, sm̃ conditionem mulieris: pariter q̄cũq; hoc caſu ad crimẽ auxiliũ, cõſiliũ, & fauorẽ ꝑ̄ſtiterit, cõdemnetur in lib. centũ.

¶ *De pœna deſponſantis aliquam mulierem, vel puellam contra voluntatem propinquorum.* Rub. XXIX.

STatuimꝰ, & ordinamꝰ, ꝙ ſi quis deſponſauerit aliquam mulierem, vel puellam, vel cum ea mr̃imonium contraxerit ſine voluntate, & cõſenſu patris, vel matris, vel fratris ipſiꝰ mulieris, vel puellæ, ſi patrem non habuerit, vel tutoris, vel curatoris, ſi eos habuerit, alias proximiorum attinentium, puniatur in libris centum.

¶ *De pœna committentis ſodomiam, & vitium beſtiale contra naturam.* Rub. XXX.

STtatuimus, & ordinamꝰ, ne quis cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis exiſtat, ſiue maſculus, ſiue fęmina, horrendũ facinꝰ, & ſcelus ſodomiticum ꝑpetrare audeat tàm agẽdo, q̃ patiendo; ꝙ ſi ſpreto Dei iudicio, commiſerit; Si quidem patiens fuerit maior annis xiiij. vſq; ad viginti, abſcindantur ei aures, ſi ſit minor annis xiiij. fuſtigetur: Si verò ſit agens, & aſcendat ad annum decimum octauum igne concremetur, ſi verò ſit minor annis decem & octo, abſcindantur ſibi nares, & vlterius condemnetur in libris centum: In quas pęnas incidant quicũque auxilium, conſilium, & fauorem ꝑ̄ſtiterint ad ſcelus committẽdum: & ad defenſionem in prædictis non admittatur procurator, nec defenſor, etiam ad pręparatoria Iudicij, nec ad cauſas abſentiæ: Et prędicta omnia etiam locum

habeant

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

hebeant ſi quis commiſerit ſcelus beſtiale, cognoſcendo carnaliter aliquam beſtiam, vel animal irrationale, & ſuſpendatur, & igne comburatur, cum dicta beſtia, & ſeu animali, cum quo, & ſeu qua dictum ſcelus commiſerit.

¶ *De pœna committentis inceſtum.* Rub. XXXI.

SI inter matrem, & filiū horrendus carnalis coitus factus ſit, vterque laqueo ſuſpendatur, ita q̃ moriantur, & ſtatim igne comburantur: In eandem pœna incidat pater qui cum filia, aut auus cum nepte, vel deinceps deſcendentib⁹ coitum fecerit, & idem ſi frater cum ſorore coitū habuerit, & vlterius condemnetur in pecunia arbitrio Iudicis: Filiā autem, & cęteras deſcendentes, & cęteros omnes cuiuſcunq; ſexus inceſtum cōmittentes, quoquo modo realiter, & pſonaliter, citra tñ mortē, puniri mādamus, arbitrio Iudicis, īſpecta qualitate, grad⁹ cōditione, & ętate pſonarū, dū tñ pecuniaria pęna minor cētum lib. nō imponatur, & à pſcriptione temporis, & cognitione, inqſitionem huius delicti excludim⁹.

¶ *Quòd fures, latrones, & quicunque alij malefactores capi poſſint, & de pœna non conſignantis captum D. Iudici.* Rub. XXXII.

QVilibet impunè poſſit cape fures, latrones, & malefactores, dūmodò ipſos conſignet ea die, vel ſeqnti D. Iudici, vel ſaltem infra tres dies, ſi pp longitudinem itineris citius conſignari non potuiſſent, q̃ ſi non fecerit, condemnetur talis capiens, & non pñtans vt ſupra realiter, arbitrio ipſius Iudicis, inſpecta qualitate facti, & conditione pſonarum.

¶ *De pœna impedientis ne malefactores conſignentur.* Rub. XXXIII.

SI aliqua pſona ſingularis, vel vniuerſitas impedierit, vel impediri fecerit quomin⁹ aliquis fur, latro, homicida, vel malefactor, aut bannitus, vel condemnatus, q̃ fuerit captus, ſeu detentus in Poteſtaria Sextulæ, cōſignetur in fortiam D. Iudicis, cōdemnetur, ſi fuerit ſingularis perſona, eadem pœna, qua condemnatus, vel condemnandus fuiſſet ille talis, qui conſignari impeditus eſt, & ſi fuerit vniuerſitas, vel Communitas, alicuius caſtri, vel villæ, vel loci, arbitrio D. Iudicis, habita conſideratione loci, vel caſtri illorum, qui talia prohibuiſſent.

¶ *De pœna auferentis aliquem de manibus D. Iudicis, vel eius familiæ, & de pœna impedientis capi.* Rub. XXXIIII.

SI quis p vim, vel aliter auferret, vel extraheret, vel extrahi faceret de fortia, vel manib⁹ D. Iudicis aliquem furem, vel homicidam, vel malefactorem, vel bānitum, ſiue condemnatum, vel de manib⁹ familiæ ipſi⁹ D. Iudicis, ad eo qđ



eo qđ non poſſit cōſignari in fortiam dicti D. Iudicis, puniatur, & condemnetur illa pęna, qua puniri, & condemnari deberet talis malefactor, & eodem modo puniatur ſi acceperit, vel extraxerit de manibus alterius perſonæ, quæ in fortiam Iudicis conſignare vellet, quod ſi quis impedierit, ne aliquis ex prædictis capiatur, condemnetur eadem pœna.

¶ *De pœna committentis rapinam, vel robbariam.* Rub. XXXV.

SI quis fecerit in ſtrata, vel via, vel loco, qua iter publicè ſit, rapinam, vel robbariam alicui de aliqua pecunia, vel re valente lib. decem pñtis monetæ, p vim, furca ſuſpendatur: Si autem non exceſſerit dictam quantitatem librarum decem, ſine violentia, puniatur in lib. quindecim, & fuſtigetur: Si autem dictam rapinam, vel robbariam fecerit extra ſtratam, vel viam, vel locum, in quo iter publicè ſit, & p vim, & dicta rapina, vel robbaria ſit quantitatis lib. decem, & abinde ſupra, vſq; ad lib. triginta, cōdemnetur in libris centum, & fuſtigetur; ſi verò exceſſerit quantitatem lib. triginta, furcis ſuſpendatur, ita qđ moriatur: Si verò dictam ſummam lib. decem non exceſſerit, condemnetur ꝓ prima vice, in lib. decem, ꝓ ſecunda, in lib. viginti: Declarātes, q̃ robbaria, idem intelligatur eſſe in effectu q̃ rapina.

¶ *De fure famoſo, & pœna committentis furtum.* Rub. XXXVI.

FVr famoſus furcis p gulam ſuſpendatur, ita q̃ moriatur: Si quis verò cōmiſerit furtum in Poteſtaria Sextulæ, q nō ſit fur famoſus, pecuniæ, vel rei excedentis ſummā, vel valorē lib. xxx. pñtis monetę, furcis ſuſpendatur per gulam, ita q̃ moriatur penit⁹: Si verò res, vel pecunia ſic furata non exceſſerit q̃titatem pdictā, ſi fuerit à libris decem infra, dummodò non ſit rapina, vel robbaria, cōdemnetur vt infra, vz. pro primo furto puniatur arbitrio Iudicis: pro ſecundo verò furto, etiā coaceruato cum primo furto infra lib. xx. condemnetur in lib. quinquaginta, & fuſtigetur: pro tertio verò furto etiam cum primo, & ſecundo coaceruato, infra dictas lib. xxx. furca ſuſpendatur, ita q̃ moriatur: pro coaceruatione aūt, & ſeu numero furtorum, illud puniri vetamus, q̃ ſummā quadraginta ſoldorum non exceſſerit: Volumus tñ, q̃ pro furtis, infra ſoldos quadraginta, puniantur delinquētes, arbitrio Iudicis pecuniariter, conſiderata qualitate, & quantitate furti, ex numero furtorum, & conditione perſonarum, & omni caſu condemnetur fur ad reſtitutionem rerum furatarū, vel ęſtimationis earum.

¶ *Si furtum factum fuerit patri, vel matri, marito, vel Domino per filium, vxorem, vel ſeruum.* Rub. XXXVII.

SI per filium factum fuerit furtum patri, vel matri, vel per nepotem auo, vel patruo, cum quo erat in cōione, vel per vxorem, marito, vel p ſeruum Dño; ſi quidem

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

ſi quidem id leue fuerit, nullo modo procedi volumus per Iuſdicentem cõtra prędictos, etiam ad requiſitionem eorum, quibus furtum factum fuerit, ſed ꝑ eos caſtigentur arbitrio ſuo: Si verò fuerit graue furtum, tunc ꝑ D. Iudicem non ꝓcedatur contra eos, niſi ad querelam dũtaxat ꝑſonarum ſupraſcriptarũ, quibus commiſſum fuerit furtum, & puniantur delinquentes realiter, & ꝑſonaliter arbitrio D. Iudicis, habita ratione magnitudinis furti, & qualitate ꝑſonarum, dummodò morte non puniantur: Sit tamẽ in mera voluntate patris, matris, mariti, dñi, aui, vel patrui, vt ſupra ꝓ crimine indulgere filio, vxori, ſeruo, & nepoti uſq; ad sñtiæ publicationem, & etiam dùm publicaretur, & tunc impunè prędictę perſonæ relaxentur: Poſt publicationem autem sñtiæ, amplius non liceat prędictis mutare ſententiam, furtum autem, an ſit graue, vel leue, Iudicis arbitrio committimus, perſonarum, & rerum qualitate, & quantitate penſata: nulla, in ꝑdictis omnib⁹ caſibus, habita, ſexus uel patriæ pŏtatis, differentia: Familiares uerò, & ſeruitores liberos, furtum Dominis ſuis committentes, ad querelam Dominorum puniri mandamus, aliter non.

¶ *De pœna venefici.* Rub. *XXXVIII.*

VEneficus, & uenefica igne cremẽtur, ita ꝙ penitus moriantur, & intelligantur ueneficus & uenefica, qui emerint & ꝑparauerint venenum, ſiue ꝓpinauerint ad venenandum, vel tradiderint venenando vt ſumeret, licet id non receperit: Si verò ſolũmodò emerint venenum caſu venenandi aliquam perſonam, & non tradiderint, vel non propinauerint, tunc puniantur in perſona, & in hauere arbitrio D. Iudicis, citra tamen mortem, & membri mutilationem: Et hoc Statutum vendicet etiam ſibi locum in illis, qui prędicta commiſerint in quocunque loco ditionis Illuſtriſ. D. N. Ducis, ſi venerint in fortiam D. Iuſdicentis.

¶ *De pœna malefici.* Rub. *XXXIX.*

ORdinam⁹ ẽt, ꝙ malefici, & maleficæ, arbitrio Iuſdicẽtis puniãtur in hauere, & ꝑſona, vſq; ad mortẽ incluſiuè, inſpecta qualitate facti, & cõditione ꝑſonarũ, & ſi mors alicui⁹ ſequatur occaſione ꝑdicta, cõburãtur, ita ꝙ moriãtur, & eorũ bona publicentur, quorũ dimidia ſit Ca. Illuſtriſ. D. N. Ducis, & alia dimidia hęredum defuncti, ſaluo iure creditorum, aſcendentiũ, & deſcendentium, vt in Statuto De pęna homicidæ.

¶ *De receptatoribus furtorum.* Rub. *XL.*

REceptatores verò furtorum, vel robbariarum, aut famoſorũ latronum, ſcienter, & ille, qui aſſociauerit aliquem, vel auxilium, ſiue fauorem dederit ad robbandũ, vel furãdum, puniantur eadem pęna, qua puniri debet talis robbator, vel furator, sm̃ formã Statutorũ.





¶ *De pœna facientis furtum, vel robbariam extra Poteſtariam Sextulæ.* Rub. *XLI.*

QVicunque fecerit, ſeu commiſerit robbariam, vel furtum in alieno territorio extra dictam Poteſtariam, & ſe reduxerit cum ipſa robbaria, vel furto in dictam Poteſtariam, condemnetur ad reſtitutionem, & damna, expenſas, & intereſſe domino rerum, & rei vltra hęc, Communitati Poteſtariæ Sextulæ in libris vigintiquinque.

¶ *De pœna receptantis rebelles, bannitos, & condemnatos.* Rub. *XLII.*

NVlla perſona terrigena, vel forenſis, etiam coniunctus, vel affinis pręſumat ſcienter receptare, ſeu receptari facere in eius domo ꝓpria, vel conducta, aliquem rebellem Illuſtriſ. D. noſtri Ducis, nec alicui rebelli cibum, vel potum, nec auxilium, aut cõſilium dare, ſub eadem pęna, qua dict⁹ rebellis foret puniendus: Receptantes verò bannitos, ex alia cauſa, ad mortem ꝑ ſe, vel alium in eorum domo propria, vel conducta, & eis dantes cibum, vel potum, auxilium, vel fauorem, condemnari iubemus in libris ducentis: Et hoc ſi illum fore rebellem, vel bãnitum ſit publica vox & fama in loco dicti receptantis: & ſi dictus receptãs fuerit coniunctus, vel affinis vſq; in quartum gradum ſecundum ius canonicum incluſiuè condemnetur in dimidia dictæ pęnæ pecuniariæ.

¶ *Quòd omnia delicta commiſſa in dominio Illuſtriſ. D. Domini Ducis. N. poſſint puniri per D. Iuſdicentem, ſi delinquentes peruenerint in eius fortiam.* Rub. *XLIII.*

QVicunq; cõmiſerit aliq̱ delictũ in aliquo loco ditionis Illuſtriſ. D. nři Ducis tã mediatè, q̃ ĩmediatè, & venerit in fortiã D. Iuſdicentis Pŏtariæ Sextulæ, ſi in loco delicti fuerit cõdemnat⁹, ipẽ D. Iuſdicẽs tunc poſſit, & valeat ipsã condemnationẽ exeq̱ in oĩbus, & ꝑ oĩa: Si verò nõ fuerit cõdemnat⁹ ꝓ tali delicto, tũc poſſit cõtra eũ ꝓcedere, & eũ punire sm̃ formã pñtiũ Statutorũ, & iuris cõis, ſi ex forma Statutorũ nõ eſſet ꝓuisũ.

¶ *De fabricatoribus, & expenſoribus falſæ monetæ, & tonſoribus.* Rub. *XLIIII.*

SI quis ꝑ ſe, vel alium falſam monetam fabricauerit in dñio Illuſtriſ. D. N. Ducis, & in fortiam D. Iuſdicentis Pŏtariæ Sextulæ ꝑuenerit, igne cõburatur, omnib⁹ ſuis bonis publicatis: Et alij culpabiles, & participes, tãq̃ falſarij monetę eadem pęna puniantur: & quicunq; falſam monetam ſcienter expenderint, ſi modo vltra libras decem dictæ monetæ falſæ expenderint, pari pœna puniantur: Si verò aliquis tonſauerit monetam, manus dextra ei amputetur, poſſit tamen in hoc caſu dicta pœna minui, arbitrio Iudicis, inſpecta quantitate delicti, ac conditione perſonæ.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*¶ De pœna facientis, aut fieri facientis cartam, vel ſcripturam falſam.* Rub. XLV.

SI quis fecerit, aut fieri fecerit aliquam cartã falſam, vel acta publica falſificauerit, aut falſificari fecerit, vel aliquam condemnatioñe, vel dicta teſtium, vel quaſuis alias ſcripturas publicas, condemnetur in amiſſione dextræ, q̃ ſibi amputetur, & ſi fuerit tabellio, vltra pœnã ſupraſcriptã, priuetur officio tabellionat⁹ in ꝑpetuum: Si verò q̄s falſificauerit librum rationum ſuarum, vel alterius, vel aliã ſcripturã priuatã, puniatur ĩ hauere, arbitrio D. Iudicis, & ad emendatioñe damnorum, & ĩtereſſe, & expéſarũ dãnum paſſo: Et ꝑpetuò libris, & ſcripturis eius nulla fides ad ipſius delinquẽtis cõmodum adhibeatur, cõtra ipſum tñ fidé faciant, & ꝑpetuò ét ſit infamis.

*¶ De pęna producentis inſtrumentum, teſtes, cartam, vel ſcripturam falſam.* Rub. XLVI.

SI quis ſcienter in iudicio ꝓduxerit aliꝙ inſtr̃ntum falſum, uel eo uſus fuerit, uel teſtes falſos, aut aliq̃ cartam, uel ſcripturam falsã in cauſa ciuili, uel criminali ꝓduxerit, vel eis uſus fuerit, ipſo iure cadat à cauſa, & puniatur in libris uigintiquinq; march. Si uerò ignorãter ꝓduxerit, & poſtq̃ certioratus fuerit, nihilominus utatur, puniatur, ac ſi ab initio fuerit ſciens: Et ſi ſibi dictum fuerit, ꝙ arguetur de falſo, ſi non ſe abſtinuerit ab uſu p̄dicto, & non dixerit infra decem dies ſubſequentes ſe nolle uti, condemnetur in libris q̄nquaginta, ſi reperta fuerit falſa: Et ſi q̄s in iudicio aliꝙ inſtr̃ntum falſum, ad eius, vel ſui nuncij petitioñe factam ꝓduxerit, & interrogat⁹ fuerit, ſi eo velit vti, an non, teneatur in continẽti r̃ndere, & p̄cisè, ſic, vel non, & ſi r̃nderit ꝙ ſic, & ꝓbatum fuerit tale inſtr̃ntum falſum, tunc puniatur tamquàm falſarius, & in amiſſione cauſæ, & teneatur omni caſu producens inſtr̃nta vel teſtes, & ſcripturas quaſcunq; declarare infra dilationem ſibi per D. Iuſdicentem aſſignandam, ſi petitum fuerit, & proteſtatum per alteram partem ſe paratam, ꝙ intendit redarguere de falſo, & quòd credit ipſos eſſe falſos, & falſa, & pręcisè reſpondere an eis velit vti, vel non, alias nulla fides in producentis fauorem adhibeatur.

*¶ De pœna Nuncij facientis ambaſiatam, vel relationem falſam, & facientis officium Nuncij, cum non ſit.* Rub. XLVII.

SI quis Nũcius fecerit ambaſiatam, aut relationem falſam, aut aliter in officio ſuo deliquerit, puniatur in hauere arbitrio D. Iuſdicẽtis, & condemnetur ad damna, expenſas, & intereſſe illius, contra quem fecerit, & vlterius fuſtigetur, & priuetur officio, & condemnetur ad carceres per menſem, & plus arbitrio dicti D. Iudicis: Et eadem pœna puniatur quicunq; fecerit officium Nuncij, citando, pignorando, vel pręcepta, & ſimilia faciendo, cum non ſit Nuncius.

¶ De pœna



*¶ De pœna illius qui falſum teſtimonium dixerit in cauſa criminali.* Rub. XLVIII.

SI quis falſum teſtimonium dixerit in cauſa criminali, puniatur illa pęna, qua puniendus eſſet ille, contra quem falſum dixerit teſtimonium, & hoc ſi corporaliter veniret puniendus, vel condemnandus: ſi verò veniret condemnandus in pecunia, cõdemnetur in duplum illius quantitatis, in qua veniret condemnandus ille, contra quem teſtificatus fuiſſet, & vlterius fuſtigetur: Et ſi fuerit teſtificatus falsò in cauſa criminali, vt aliq̄s veniret abſoluendus à pœna corporali, puniatur illa pœna, qua puniẽdus fuiſſet ille, in cuius fauoré teſtificatus fuerit: Si verò veniret condemnandus in pecuniam, condemnetur in duplum ipſius quantitatis, in qua condemnarętur, ſi proceſſus probatus fuiſſet contra eum.

*¶ De pœna illius qui dixerit falſum teſtimonium in cauſa ciuili.* Rub. XLIX.

QVicunq; falſum teſtimonium dixerit in cauſa ciuili, ad finem, vt aliquis in aliqua re, vel quantitate condemnetur, condemnarì debeat in duplum illius quantitatis, vel ęſtimationis rei, ſuper qua dixerit teſtimonium, cũ expenſis, & intereſſe; cuius medietas ſit Communitatis Sextulæ, & alia ſit illius, contra quem falſum teſtimonium dixerit: Quam pęnam ſi non ſoluerit infra menſem, à die factæ condemnationis de ipſo, amputetur ei lingua, & ſimiliter cogatur ad ſolutionem dictæ condemnationis, & eodem modo condemnetur, ſi falſum teſtimonium dixerit, vt aliquis abſoluatur in cauſa ciuili.

*¶ De pœna iurantis falſum in manibus D. Iuſdicentis.* Rub. L.

SI quis interrogatus à Iudice, falſum ſcienter iurauerit, puniatur extra ordinem ſm̃ qualitatem facti, & conditionem ꝑſonarum, ſi Iudex ex officio ſuo interrogauerit: Si autem ad inſtátiã partis, interrogauerit, deierás incurrat pęnam librarum decẽ ſolum, & contra ipſum hoc caſu criminaliter procedi non poſſit, iuxta formã Statuti ſub Rub. De ſacramento prętando, ad inſtantiam partis, & de pœna deierantis.

*¶ De pœna mutantis ſibi nomen, vel cognomen.* Rub. LI.

QVicunq; requiſitus fuerit ꝑ D. Iuſdicenté de nomine, & cognomine ſuo, teneatur ſtatim dicere nomen, & cognomen ſuum, & qui cõtrafecerit, vel nomen, ſeu cognomen ſibi mutauerit, cõdemnetur in libris tribus monetæ currentis, & in pluri, arbitrio Iudicis, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonarum, & etiam condemnetur ad damna, & intereſſe ei, quem lęſerit, ex tali mutatione.

 ¶ Quòd

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*¶ Quòd ſcripturæ Notarij de falſo condemnati, & priuati ab officio tabellionatus deponantur.* Rub. LII.

CVm acciderit Notarium aliquem Poteſtariæ condemnatum eſſe de falſo, & priuatum eſſe ab officio tabellionat⁹, teneatur D. Iuſdicens vinculo iuramenti oẽs ſcripturas Notarij ſupraſcripti p̄ñtari facere coram ſe D. Iuſdicente prędicto, & conſignare ſolemniter, & legitimè per inuentarium dictas omnes ſcripturas penes alium Notarium dictæ Poteſtariæ, q̄ ad hoc ꝑ Conſilium generale electus fuerit, & cui ſit conceſſa licentia extrahendi, & authenticãdi ſm̃ formã nr̃orum Statutorum; qui Notari⁹ teneatur, & debeat de eo, ꝙ ex dictis ſcripturis conſequetur tertiam partem reddere dicto Notario cõdemnato, & priuato vt ſupra, vel hęredib⁹ eius, & nõ poſſit talis Notari⁹ cõdemnatus de falſo, vlterius officiũ tabellionat⁹ exercere, & q̄cq̄d, ad officiũ tabellionatus ꝑtinens, faciet, ſit nullũ.

*¶ Quòd condemnatus de falſo non poſſit exercere officum publicum.* Rub. LIII.

QVicunq; condemnatus fuerit de falſo, non poſſit de cętero habere, nec exercere aliquod officium publicum in Poteſtaria Sextulæ, nec etiam aduocare, vel procurare, &c.

*¶ De pœna committentis falſum.* Rub. LIIII.

FAlſum cõmittẽs, p̄terq̃ in caſib⁹, in q̄bus lege nr̃a municipali, certa pęna ſtatuta eſt, puniatur in hauere, & pſona arbitrio D. Iuſdicẽtis: in caſibus verò, q̄bus ꝑ legẽ municipalẽ pęna ſtatuta eſt, puniatur ſm̃ dictã legem.

*¶ De incendio.* Rub. LV.

SI quis ignem doloſè poſuerit, vel poni fecerit in aliqua domo alicuius pſonæ, q̃ hĩtetur, vel ſit apta ad hĩtandum, aut in alia aliqua domo ſacra, vel religioſa, vel tezia, aut caſina, in quibus hĩtent aliqui, aut beſtiæ, teneantur, & ſecutum fuerit incendium totiũs, vel partis alicuius rerum p̄dictarum, vel ſi etiam quis doloſè ignem immiſerit in aliqua re, ex qua incendium ſequatur in rebus p̄dictis modo p̄dicto, igne crem̃etur, primo laqueo ſuſpẽſus, ita ꝙ moriatur, & in duplum damni damnum paſſo, condemnetur, & ſi nõ fuerit captus, ꝑpetuò banniatur in pęnã p̄dictam de Põtaria Sextulæ: Qui verò in alijs rebus incẽdiũ fecerit, vel fieri fecerit, & dãnum ſecutum fuerit à quadraginta lib. ſupra, condemnetur in libris quadraginta monetæ currentis, & ad reſtitutionẽ damni in duplum damnum paſſo: Si verò damnum fuerit à libris quadraginta infra, vſq; ad lib. viginti, condemnetur in libris viginti monetę currentis, & ad reſtitutionem damni in duplum damnum paſſo: Si verò damnum fuerit à libris viginti infra, vſq; ad libras decem,



cem, condemnetur in libris decem: Si verò damnum fuerit à libris decem infra, condemnetur in libris quinq; & hęc locum habeant in commiſſis doloſè, & oĩ caſu condemnetur, & condemnat⁹ eſſe intelligatur ad reſtitutionẽ damni damnum paſſo in duplum, etiam ſi in ſententia nihil fuerit dictum: Si verò abſq; dolo prędicta commiſſa fuerint, condemnetur in hauere arbitrio D. Iuſdicentis, & ad emendationem damni damnum paſſo, & in prędictis caſibus poſſit, & debeat procedi ex officio, & etiam ad inſtantiam cuiuſcunque.

*¶ De pœna facientis damnum, ſiue guaſtum aliter quàm per incendium.* Rub. LVI.

STatuimus, ꝙ ſi quis doloſè, & ꝑ iniuriã damnum alicui dederit incidendo, vel ſcorzãdo arbores fructiferas cuiuſcunq; generis ad victum hõis, aut vites, vel arbores alias non fructiferas, ſuper quibus eſſent vites, vel arbores mororum, vel plantas domeſticas, aut blada: Si damnum exceſſerit libras triginta monetæ currentis, amputetur ei manus dextra, & vlterius cõdemnetur in duplum q̃titatis damni damnum paſſo, & in tantundem Cõitati Sextulæ: Si verò fuerit damnum abinde infra, vſq; in lib. quinq; condemnetur in duplum damni damnum paſſo, & in tantũdem dictæ Communitati: Si verò damnum fuerit abinde infra, condemnetur arbitrio Iuſdicẽtis, dummodò non excedat libras decem, & in p̄dictis damnis poſſit ꝓcedi criminaliter, tã ꝑ viam accuſationis, q̃ inquiſitionis, non tñ ꝓhibemus ꝑꝑ hoc, quin in caſibus p̄dictis damnum paſſus expiti poſſit ciuiliter, & ſeu ſm̃ formam Statutorum in libro, De damnis datis.

*¶ De pœna vulnerantis, vel occidentis beſtiam aliquam, vel eam à cane morderi facientis.* Rub. LVII.

QVicunq; vulnerauerit, aut ꝑcuſſerit beſtiam aliq̃ cum ferro, vel fuſte, aut baculo, vel aliquo modo dãnificauerit, & ex eo vulnere, vel ꝑcuſſione, aut damnificatione beſtia mortua fuerit, cõdemnetur Cõitati ꝓ qualibet beſtia groſſa in lib. duabus monetæ currentis, & ꝓ qualibet minuta in ſoldis viginti: Si autem dicta beſtia non fuerit mortua ex dicto vulnere, vel tali ꝑcuſſione, condemnetur in dimidia dictarum pœnarum congruę referrendo, & in oĩ caſu, ad veram ęſtimationem beſtiæ mortuæ, vel vulneratæ: Si autem talis vulnerans, aut ꝑcutiens, priuauerit beſtiam oculo, vel cornu, vel aure, vel cauda, aut pede, condemnetur in ſoldis viginti, ꝓ qualibet beſtia, congruè referrendo, & in totidem damnum paſſo, & ad veram ęſtimationem beſtiæ, ſic vulneratæ, & priuatæ, quã beſtiã, ſi dño, vel poſſeſſori videbitur, vulnerans teneatur in ſe recipere, & ęſtimationẽ ſoluere, & pœnam: Si q̄s autem canem irritauerit, & canis ſolummodò momorderit beſtiam, condemnetur



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

demnetur irritans Communitati in ſoldis viginti pro qualibet beſtia vt ſupra congruè referrendo,& ad emendationem beſtiæ,quã irritans,ſi dño placuerit, teneatur recipere,& ęſtimationem ſoluere , & pęnam : Si autem ex tali morſu, mors beſtiæ ſecuta fuerit,condemnetur in ſoldis quadraginta Communitati, pro qualibet beſtia,& ad veram ęſtimationem beſtię mortuæ damnum paſſo. Quod locum hebeat,ſiue is qui irritauerit canem,fuerit dominus canis,vel aliqs de eius familia, ſiue extraneus : Si verò canis non irritatus,aliꝙ p̃dictorum fecerit, condemnetur dñs canis ſolum ad emendationẽ damni,& non in aliam pœnam . nec ſufficiat dare canem ꝓ noxa. Et prędicta non vendicent ſibi locũ, ſi quis irritauerit canem, ꝓ expellendo beſtias, ſibi damnum dantes in bladis, ſiue vitibus,vuis,& hortis,dummodò mors non fuerit ſecuta,& contra huiuſmodi delinquentes ꝓbatio ſufficiens intelligatur dictum vnius teſtis de viſu , & ſeu cuſtos dictarum beſtiarum,non obſtante ꝙ ſit famulus cum iuramento dñi : cui probationi fides adhibeatur, ſi D.Iudici videbitur, inſpecta qualitate facti , & conditione pſonarum . Aeſtimationes verò dictarum beſtiarum vulneratarum, mortuarum,vel priuatarum probari volumus per duos teſtes idoneos,vel per ęſtimatores eligendos,& poſſit procedi criminaliter,& ciuiliter .

¶ *De pœna iniuriantis D. Iuſdicentem, & Capitaneum.* Rub. LVIII.

SI quis percuſſerit D. Iuſdicẽtem Poteſtariæ Sextulæ in perſonam, ſiquidem ſanguis exiuerit, capite puniatur, ita ꝙ moriatur : Si verò ſanguis non exiuerit, ſibi manus amputetur : Et ſi verbis, vel alio modo iniuriauerit prędictum D.Iuſdicẽtem , puniatur in libris quinquaginta , & minus, arbitrio Iuſdicentis : Si verò Capitaneum dicti D.Iuſdicentis, verbo, vel facto quis percuſſerit , vel iniuriauerit,cõdemnetur in duplum eius,quo puniretur ſi aliam priuatam, vel ſingularem perſonam offendiſſet, iniuriaſſet,& percuſſiſſet .

¶ *De pœna tentantis corrumpere D.Iudicem,& de pœna officialis corrupti.* Rub. LIX.

NVlla perſona cuiuſcunq; gradus, vel conditionis exiſtat, audeat,vel preſumat de cętero appellare, vel tentare D. Iudicem Poteſtariæ Sextulæ cauſa corrumpendi eum,vel corrumpere volendi prece,p̃tio,vel amore,vt deuiet à tramite iuſtitiæ, nec eidem aliquid ꝓmittere,vel dare , nec dari,vel ꝓmitti facere , aut depoſitum,vel pactum facere ſub aliqua conditione,quominus idem D.Iuſdicens iuſtitiam faciat, in iudicijs,ac accuſis , petitionibus, examinationibus teſtium, vel in alijs quibuſcunq; actis ad eius officium pertinentibus,& ſñtijs,ſub pœna lib.centum monetæ currentis,appl.Duc.Cąm.& plus,& minus arbitrio D.Iudicis,inſpecta qualitate facti,

&



& conditione perſonarum : Si verò Officialis ſe corrumpi ꝑmiſerit,ipſo facto incurrat pęnam lib.ducentarum monetæ currentis, ab ipſo per Syndicatorem irremiſſibiliter auferendam : Et nihilominus , ſi aliquem lęſerit p̃ce , p̃tio , vel aliqua humana gr̃a, teneatur parti lęſæ ad damnum,& intereſſe in quadruplũ: Item,ad hoc,vt dictæ barrateriæ,& corruptiones ceſſent , ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliqs fecerit aliq̃ barrateriã cum D. Officiali , vel ipſum Officialem corruperit in officio qualitercunq; , poſſit licitè,& impunè eas pãdere,& ſuꝑ his teſtimoniũ facere,vel ferre,tẽpore ſyndicatꝰ,& añ,cui tñ ſoli nõ credatur: ſed volumꝰ, ꝙ ad ꝓbandũ barrateriã cõmiſsã ꝑ Officialẽ , ſufficiat ꝓbatio ꝑ duos teſtes idoneos.

¶ *Quòd minor quatuordecim annis non puniatur corporaliter.* Rub. LX.

STatutum , & ordinatum eſt, ꝙ nullus minor quatuordecim annis poſſit puniri corporaliter,ſed puniatur ĩ hauere arbitrio Iuſdicentis,inſpecta qualitate facti,& conditione perſonarum,ſeu perſonæ:poſſit tamen D. Iuſdicens ipſum condemnare ad ſtandum in carceribus vſque ad tempus , ſecundum quòd ſibi placuerit , & videbitur , inſpecta qualitate maleficij , & offenſi , &c.

¶ *Quòd ius creditorum,& tertij ſemper ſit ſaluum.* Rub. LXI.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ in oĩbus caſibus, in q̃bus bona malefactorum veniant confiſcanda, ſemper intelligatur ſaluum,& illęſum ius dotium vxorum , & iura creditorum , etiã hypothecam expreſſam non habentium in bonis dictorum malefactorum, & ius aſcendentium, & deſcendentium,ita quòd quilibet habeat ſuam legitimam portionem,etiam ſi in ſententia nihil fuerit dictum.

¶ *Quibus caſibus pęnæ comprehenſæ in prȩſenti volumine Maleficiorum duplicentur, & duplicatæ intelligantur.* Rub LXII.

STatuimꝰ, ꝙ oẽs pęnæ impoſitæ ex aliquo delicto,de quibus in prȩſenti volumine Statutorum,intelligantur duplicatæ, ſi delicta fuerint facta,vel commiſſa,in Eccleſijs, vel cimiterio earum,in nundinis,Foro,de nocte,in caſella iuris,ad bancum iuris,coram D.Iuſdicente,vel Notario curiæ Sextulæ, etiam ſi dicti Officiales fuerint extra bãcum, in locis,vbi Miſſa noua celebratur,in choreis,& feſtis publicis .

¶ *Quòd bona malefactorum intelligantur confiſcata , & pęnæ , vbi non eſt declaratum cui applicentur, intelligantur fiſco applicatæ.* Rub. LXIII.

STatuimus etiam, ꝙ bona malefactorum,quorum bona veniunt cõfiſcanda, authoritate prȩſentis Statuti intelligantur confiſcata , etiam ſi in ſententia non fuerint confiſcata .

¶ Addentes

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Addentes, quòd vbi non declaratur per Statuta pręſentia, cui pęnæ applicentur, vigore pręſentis Statuti appl. ſint, & eſſe intelligantur fiſco.

¶ *De pœna rumpentis pacem.* Rub. LXIIII.

STatuimus, & decernimus, ꝙ ſi quis de cętero pacem, treuguam, vel fidantiam ruperit, vel rumpi fecerit per offenſam factam in perſonam illi⁹, cum quo pacem, treuguam, vel fidantiam habebat, vel alicuius eius fratris, filij, vel nepotis, vel alterius perſonæ deductæ in dicta tali pace, treugua, vel fidantia; puniatur, & condemnetur de percuſſione, ferrita, vel alia offenſa facta in perſona, vel perſonis prędictorum cum quo, vel quibus hebebat pacem, treuguam, vel fidantiam, ſm̄, ꝙ puniretur, ſi non haberet pacem, treuguam, vel fidantiam, & vltra condemnetur in libris ducentis appl. pro tertia Duc. Cam. pro alia tertia Cõitati Sextulæ, & pro alia tertia offenſo: Et ſi pacem, treuguam, vel fidantiam ruperit non offendendo in perſonam, ſed in rebus, vel bonis alicuius de contentis in pace, treugua, vel fidãtia, puniatur de offenſa ſm̄ formam noſtrorum Statutorum, & vltra in libris centum applicandis vt ſupra: Saluis nihilominus remanẽtibus, & ratis omnibus pactis, conuentionibus, prouiſionibus, & pęnis factis inter eos, qui pacem, treuguam, vel fidantiam habebant: Et prędicta locum habeãt tàm in bannitis, quàm in alijs, non obſtante aliquo Statuto, vel lege diſponente, quòd quilibet poſſit offendere bannitos in hauere, & in perſona.

¶ *De vindicta non facienda per aliquos offenſos in aliquem de agnatione, vel cognatione offendentis.* Rub. LXV.

QVia diuina, & humana lege cauetur, ꝙ nemo ex alieno facto, vel dolo, vel maleficio pręgrauetur, & pęna ſuos teneat auctores, & non vlterius progrediatur; propterea ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi aliquo tempore, vel caſu acciderit (q̄d Deus auertat) aliquem offendi ab aliquo hitatore Poteſtariæ Sextulæ, morte, vulnere, vel percuſſione, talis offenſus, filij, fratres, conſanguinei, vel affines, aſcendentes, vel deſcendentes talis offenſi, non pſumant vindictam facere de offenſione huiuſmodi in aliquẽ, patrem, fratrem, vel filium, vel affinem, vel aliquem aliũ de genere agnationis, vel cognationis offendentis, percutiendo, vel offendendo: & ſi quis traſgreſſor fuerit faciendo vindictam, offendendo aliquem de ſupraſcriptis, talis offenſor, ſi mortem intulerit, capite puniatur, ita ꝙ moriatur, & bona eius publicentur, & applicentur, prout in Statuto, De pęna homicidæ, & fiat vt in eo.

Si autem vulnus ſanguinolentum fecerit, ſi quidem naſum, vel membrum amputauerit, ſibi in continenti ſimile membrum amputetur, & vlterius condemnetur in libris centum, vltra pęnam ſibi impoſitam per alia Statuta noſtra pro tali delicto: Si autem non amputauerit membrum condemnetur in libris ducentis,





ducentis, vltra pœnam ſibi impoſitam ꝑ tali delicto à noſtris Statutis: Si verò vulnus non ſanguinolentum fecerit, condemnetur in lib. cẽtum, vltra pęnam impoſitam ſibi vt ſupra à Statutis noſtris, quarum pœnarum pecuniariarum tertia pars perueniat in offenſum, vel eius hęredes, & alia tertia ad Cam. Duc. & alia tertia ad Communitatem Sextulæ.

¶ *De pœna Nuncij facientis pignorationem, vel ſequeſtrum ſine licentia D. Iuſdicentis in ſcriptis.* Rub. LXVI.

SI quis Nuncius pignorationem, vel ſequeſtrum fecerit ſine licentia D. Iuſdicentis contra aliquem ſubſcripta manu Notarij curiæ Sextulæ, condemnetur in libris tribus monetæ currentis pro qualibet vice, & ad damna, expenſas, & intereſſe illius, contra quem hoc fecerit idem Nuncius, & non teneat pignoratio, nec ſequeſtrum.

¶ *De pœna ludentis ad ludum azari.* Rub. LXVII.

ORdinamus, ꝙ nullus de cętero audeat, vel pręſumat ludere ad ludum azari, ſiue, vt vulgo dicitur, *à ſanzò*, nec ad aliquem ludum taxillorum, & chartarum in Poteſtaria Sextulæ, in domibus, vel extra: & ſi quis contrafecerit, condemnetur Communitati Sextulæ, ſi fuerit de die, in libris tribus, & ſi de nocte, in duplum ꝑ qualibet vice: & D. Iuſdicens poſſit, & debeat inquirere, & inquiri fecere diligẽter p eius familiam, & quoſcunq; repertos ſic ludere, punire, & cõdemnare vt ſupra: & q̄libet poſſit accuſare, cui cum iuramento, & vno teſte fide digno credatur: & dimidia cõdemnationis ſit ipſius accuſatoris, & ſi qs ex luſoribus alios conluſores accuſauerit, remittatur eidem pęna, & habeat dimidiam condemnationis de alijs factæ: Hoc tamen Statuto nõ comprehenduntur ludentes ad tabulas, & ſcachos, & triumphos cum chartis, & eandem pœnam incurrant, qui tales ludos in eorum habitationibus fieri permiſerint.

¶ *De pœna dicentis verba iniurioſa.* Rub. LXVIII.

QVicunq; verò, qui ante tribunal D. Iuſdicentis Poteſtariæ Sextulæ dixerit contra aliquem, tu es falſus, vel falſarius, vel proditor, vel aliq̄ falſitatem commiſiſti, vel tu es vnus bechus, leno, vel homicida, aſſaſſin⁹, vel improperando mortem patris, aui, fratris, vel aliorum ꝓpinquorum ipſius, vel his ſimilia: vel dixerit mulieri, meretrix, vel lena, vel vacha, vel his ſimilia, condemnetur in libris viginti pñtis monetæ, in quibus intelligatur mulctatus, & condemnatus ipſo facto, & iure: dicta q̄titate applicanda Cam. Duc. & Iuſdicens ſine alio ꝓceſſu hebeat facultatem, & arbitrium mulctandi pdictos, in pœnã pdictam in caſib⁹ pdictis. Si autem extra tribunal, corã ipſo Iuſdicente pdicta facta fuerint, pœna pdicta dimidietur:

dimidietur: Si verò alibi, in libris quinq;: pro alijs verò quibuscunq; verbis iniurioſis, in ſoldis quinquaginta, quo caſu iniuriatus tñ poſſit qñcunq; ante ſententiam remittere iniuriam p̄dictam: & facta remiſſione, vlterius non ꝓcedatur: Quæ remiſſio non vendicet ſibi locum in verbis iniurioſis prolatis corá Iuſdicente: In p̄dictis autem caſibus poſſit D. Iudex, pro arbitrio ſuo, inſpecta conditione perſonarum, & qualitate delicti, pęnas prędictas augere, non prę iudicando per pœnas prędictas iuri ciuiliter agendi: Faciens verò libellum, carmen, vel cantilenam ad infamiam alicuius, vel fieri faciens, puniatur in libris quinquaginta, & in duobus ictibus funis.

¶ *De pœna fractoris carcerum.* *Rub. LXIX.*

VOlumus, ꝙ quicunq; ruperit, vel fregerit carceres, aut portas, vel oſtia carcerum, & aufugerit de carcere, habeatur pro conuicto, & confeſſo de delicto, pro quo fuerit carceratus, & vlterius puniatur, & condemnetur in libris quinquaginta, ſi pœna corporalis veniebat imponenda: alias, quocunque caſu, in libris vigintiquinque: Si verò carceratus aufugerit, vbi non eſſet facta aliqua fractura, vel violentia: ſi erat detent⁹ ex cauſa corporali, habeatur ꝓ cõuicto, & confeſſo de maleficio, & delicto, ꝓ quo erat carceratus, & vlterius cõdemnetur in libris trigĩta: Si verò ꝓ cauſa pecuniaria, condemnetur in lib. vigintiquinq;, & omni caſu hebeatur ꝓ conuicto, & confeſſo vt ſup. Diſponentes, ꝙ ſi quis non carceratus fregerit carceres, aut dederit auxilium, vel fauorem ad frangendú carcerem, adeo, ꝙ carcer fractus ſit: ſiquidem aliquis carceratus fugerit p fracturá prędictam, condemnetur, & puniatur eadem pęna, qua condemnatus eſſet, vel condemnari, & puniri debebat is, qui aufugerit, ac ſi de crimine, pro quo erat incarceratus ille, verè conſtaret, & appareret: Si verò erat pęna pecuniaria, teneatur, & condemnetur ad eandem pęnam, qua puniendus erat is, qui aufugerit: Si autem is qui aufugerit, debitor alicuius fuerit, teneatur ad omnem q̄titatem denariorum, pro qua erat ille incarceratus, vel in carceribus ſequeſtratus, & recommendatus, ſiue pro debito priuato, ſiue publico, & ad omne damnum, & intereſſe ipſius creditoris: Si verò aliquis carceratus, vel non carceratus tentauerit frangere carceres, aut pręſtiterit auxilium, vel fauorem ad frangendum carcerem, & carcer fractus non fuerit, vel ſi fuerit fractus, & nemo carceratus exiuerit, condemnetur in libris quadraginta.

¶ *De pęna proicientis fraudolenter lapidem.* *Rub. LXX.*

SI quis lapidem fraudolenter contra aliquem proiecerit, & non percuſſerit, condemnetur in libris quinq; monetæ prę ſentis, &c.





¶ *De pęna decapillantis aliquem.* *Rub. LXXI.*

SI aliqua perſona decapillauerit aliquem iniurioſè, condemnetur in ſoldis quinquaginta pro quolibet, & qualibet vice: & hoc locum non habeat in minorib⁹ quatuordecim annis, nec in eo, qui decapillauerit aliquem cauſa corrigendi: Si verò ex dicta decapillatione proiecerit in terram, condemnetur in libris quinque: Si verò, poſtq̃ proiecerit ipſum in terram, traxerit eum p capillos, cõdemnetur in libris decẽ: Et ſi decapillauerit, & traxerit aliquẽ p barbá, cõdemnetur in lib. vigintiq̃nque, &c.

¶ *De pœna accipientis biretum, ſeu capitium alicui de capite, vel lacerantis pannos alicui.* *Rub. LXXII.*

SI quis iniurioſè capitium, vel biretum acceperit alicui de capite, vel aliquo modo diſcooperierit caput alicui perſonæ, cõdemnetur in ſoldis quadraginta pro quolibet, & qualibet vice, & plus, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonarum.

Quicunque verò dilaniauerit, vel inciderit pannos alicui, condemnetur in libris tribus, & plus, inſpecta qualitate facti, & perſonarum conditione, & vlterius ad emendationem damni damnum paſſo in duplum.

¶ *De pœna vendentis rem duobus ſeparatim, & diuerſis temporibus.* *Rub. LXXIII.*

SI quis vendiderit aliquam rem immobilem duabus, vel pluribus perſonis ſeparatim, & diuerſis tẽporibus, cõdemnari debeat in libris quinquaginta, & hoc ſi res vendita fuerit valoris, & ęſtimationis librarum cẽtum, vel abinde ſupra, & à centú libris infra, quantumcunq; ſit pretium, condemnetur, & condemnari debeat in libris vigintiquinq; & ad reſtitutionem pretij, damni, & intereſſe in duplum illi emptori, cui tradita non fuiſſet poſſeſſio rei venditæ: Et ſimiliter p̄dicta vendicent ſibi locum in ceſſionibus iurium duobus, vel pluribus factis quouis titulo, p eandem pſonam, & in eo, qui duobus, vel pluribus titulo donationis, vel aliter alienauerit rem aliquã immobilem, & in locationibus: Et Iuſdicens in p̄dictis vinculo iuramenti teneatur, & debeat procedere, decidere, & exequi, etiam ſine libello, nõ obſeruato ordine iudiciario, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, cauillationibus, & exceptionibus friuolis quibuſcunq; reiectis: Et idem obſeruetur contra alienantem rem litigioſam: Si verò fuerit res mobilis, condemnetur arbitrio Iudicis, & ad reſtitutionem pretij, ſi id exburſatum fuerit, &c.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶ *De bannitis impunè offendendis.* Rub. LXXIIII.

Statuimus, & ordinamus, ꝙ omnia damna, iniuriæ, & maleficia data, & facta in perſonis, aut rebus aliquorum, vel alicuius bannitorum, vel banniti, vel condemnatorum de maleficio, ex quo pœna mortis ex forma Statutorum veniret puniendꝰ, perpetuò remaneant impunita, & impunitæ, & omnes ꝓceſſus, & ſñtiæ, qui, ſeu quæ fierent contra tales damnum dantes, vel iniuriantes, ſint ipſo iure nulli, & nullæ: Iubentes vigore pñtis Statuti, ne D. Iuſdicens ꝓcedat ad aliquã punitionem realem, vel perſonalem contra prędictos: ſed ipſo iure ab oĩ pęna, & grauamine abſoluti eſſe intelligantur: Si verò eſſet bannitus ex aliquo delicto pp ꝙ ad mortem non poſſet puniri, ſed alia pęna ſanguinis veniret puniẽdus, tunc talis bannitus, vel condemnatus, impunè in ęre tãtum poſſit offendi.

¶ Declarantes, ꝙ ſi tales iniuriæ, vel offenſæ fierent ꝑ illũ, vel illos, qui eſſent in pace, vel treugua cum bannito, ꝓindè puniantur tales offendẽtes, ꝓut ius, & iuſtitia dictauerit, ac ſi offenſus, vel offenſi nõ eſſent in banno, uel cõdemnati.

¶ Adijcientes, ꝙ nõ poſſit aliquis de banno extrahi, q ꝓ aliquo maleficio, vel alia cauſa, in banno pęnæ corporalis poſitus fuit, niſi de illius ꝓceſſerit uoluntate, ad cuius petitionem ille in banno pęnæ corporalis poſitus fuerit, uel heredum ſuorum, uel eius, ad quem facere pacem ſpectaret: Statuentes etiam, ꝙ quicunq; rebellem, bãnitum, aut condemnatum capitaliter ceperit, & in fortiam Iuſdicentis duxerit: Si non fuerit officialis publicus, lucretur. & in premiũ habeat de bonis capti (ſi habuerit) libras quinquaginta, & ſi captus non habuerit, conſequatur à Communitate Sextulæ, libras uigintiquinque.

¶ *De ſatisdatione preſtanda de non offendendo aliquem.* Rub. LXXV.

Sancimus, ꝙ D. Iuſdicens oĩbus iuris remedijs, & ẽt ꝑ detentionẽ ꝑſonarũ, teneatur ad petitionem cuiuſlibet petentis, & dicẽtis, ꝙ timeat ſe ab aliquo offendi, cogere ipſum, vel ipſos de quo, vel q̄bus timeret, ſatiſdare, & bonos fideiuſſores ꝑſtare de libris ducentis, & plus, & minꝰ arbitrio Iudicis, inſpecta qualitate ꝑſonarum, & facti, de nõ offendendo ipſum in ꝑſona, aut rebus, & hoc habita primò aliqua fide, de legitima occaſione, arbitrio D. Iuſdicentis, qua petat talem ſatiſdationem ſibi dari debere, ꝑ vnum teſtem, & iuramento petentis; nec ſufficiat iuratoria cautio: & ſi detineri, & capi non poterit, vel captus aufugerit is, cõtra quẽ ſic peteretur, tunc cõdemnetur in libris vigintiquinq; monetę currentis, & vlterius, ſi veniret in fortiã Iuſdicẽtis, ponatur in carceribus, & nõ relaxetur, donec ꝑſtiterit fideiuſſionẽ, vel aliter fuerit ĩ cõcordia, & cõdẽnationẽ ꝑdictã ſoluerit, & in ꝑdictis ꝓcedi poſſit, nullo iuris ordine, & Statutorũ ſeruato, &c.

¶ De pęna



¶ *De pęna ammouentis terminum.* Rub. LXXVI.

Qvicunque doloſè, & ſcienter terminum, ſiue terminos aliquarum poſſeſſionum, & terrarum ammouerit, condemnetur in libris vigintiquinque & plus, & minus, arbitrio Iudicis, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonarum, & nihilominus teneatur, poſtq̃ notum fuerit de ammotione prędicta, dictum terminum, ſeu terminos reponere in priſtinum ſtatum, & ad hoc compellatur de facto per D. Iudicem.

¶ *De pęna nominantis partem.* Rub. LXXVII.

Ordinamus etiam, ꝙ pro vnione, & bono, ac tranquillo ſtatu, hominum Poteſtarię Sextulæ, nullus cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis exiſtat, audeat nominare Gibellinos, neq; Guelfos, nec aliquam partem, nec aliquod ęquipollens, per quòd poſſit eſſe aliqua diſcordia in poteſtaria Sextulæ, nec clamare aliquem potentem, neque aliquem partialem, vel ęquipollens: & hoc ſub pœna lib. vigintiquinque pro quolibet, & qualibet vice: & D. Iuſdicens teneatur inquirere ex ſuo officio: & quilibet poſſit eſſe accuſator, & habeat dimidiam pęnæ, & teneatur ſecretus, & credatur accuſanti, cum vno teſte fide digno, &c.

¶ *De pęna petentis debitum ſolutum, vel ante tempus.* Rub. LXXVIII.

Statuimus, & ordinamus, ꝙ ſi quis petierit debitum ſolutum, & petendo perſeuerauerit vſq; ad litem conteſtatam, puniatur, ſi probata fuerit ſolutio, in libris decem monetæ currentis, & in duplum parti, à qua illud tale debitum petitum fuerit, niſi eſſet perſona quæ iuſtam cauſam haberet ignorandi, quia in locum alicuius ſucceſſiſſet, quo caſu non puniatur in pęnis prędictis: Si quis verò ante tempus debitum petierit, petens condemnetur in expenſis, & ad duplum dilationis pro rata temporis quod ſuperextabat ad ſoluendum.

¶ *De pęna prohibentis tenutam, vel pignus Nuncio.* Rub. LXXIX.

Si quis prohibuerit tenutam, vel pignus Nuncio curiæ, qui illud, vel illam accipiebat mandato D. Iudicis, & qui habebat licentiam in ſcriptis ita pignorandi, vel accipiendi tenutam, tunc puniatur, & cõdemnetur talis ſic vetans, vel ꝓhibens in ſoldis viginti march. ꝓ quolibet pignore, & ꝓ qualibet tenuta prohibitis, & vetitis, & ꝓ qualibet vice, ſi ille ad cuius inſtantiam pignorari debuerat hoc voluerit, & non aliter: qui ẽt



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

poſſit qñcunq; ante publicationem condemnationis, accuſationi renunciare: Si verò ille qui erat pignorandus, dixerit ſe velle venire pro pignore, & ſigno, & in continenti ea die, vel ſequenti venerit coram Iudice, & ſe pro pignore præſentauerit, & de hoc Notarius fuerit rogatus, non intelligatur pignus vetaſſe, nec poſſit condemnari de pignore vetito.

¶ *De pęna tenentis priuatum carcerem.* *Rub.* LXXX.

STatuimus, ꝙ nulla perſona cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis, vel pręeminetiæ exiſtat, audeat, vel pręſumat aliquem captum in priuato carcere tenere, vel teneri facere, & ab eo, vel ab alijs, pro eis aliquas talias exigere, vel ei imponere; ſub pœna capitis contrafacienti, & bonorum ſuorum publicationis.

¶ *De pęna Datiarij exigentis vltra debitum.* *Rub.* LXXXI.

AD reprimēdam temeritatem, & audatiā Datiariorum, ſeu Publicanorum, & ꝑ eis agentiũ, quorum q̃ta ſit temeritas, & audatia, nemo ꝑfectò ſanæ mentis ignorat: Statuimus, ꝙ aliqs ꝑdictorũ nō poſſit, nec debeat ꝑ ſe, nec ꝑ alium exigere, aut modo aliquo recipere, ſub colore datij, vel gabellæ, aliqd, ꝙ nō ſit cōceſſum in Statutis, & ordinibus gabellarum; ſub pœna quadrupli eius, ꝙ ſic exegiſſet, aut recepiſſet, per contrafacientem incurrenda toties, quoties contrafactum fuerit, appl. pro dimidia Cameræ Ducali, & pro alia dimidia illi, à quo fuit indebitè exactum, & vlterius contrafaciens condemnetur ad damna, & intereſſe illius, à quo exegiſſet, aut recepiſſet, & credatur querelanti cum eius ſacramento, & vno teſte fide digno de tali ſolutione, ſi ipſi D. Iuſdicenti videbitur, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonæ.

¶ *Quòd Medici teneantur denunciare D. Iuſdicenti quemlibet vulneratum.* *Rub.* LXXXII.

PRouidemus, ꝙ oēs Medici cuiuſcunq; generis, & barbitonſores in Pōtaria Sextulæ, infra tres dies proximè futuros, poſtq̃ requiſiti fuerint pro medicando in dicta Pōtaria aliquem ꝑcuſſum, vel vulneratum, teneantur notificare D. Iuſdicenti ipſum percuſſum, vel vulneratum, & eius nomen, & cognomē, & locum, in quo moratur, vt ex inde procedi poſſit iuſtitia mediante: contrafaciens verò incidat in pęnam librarum quinque applicandam Ducali Cameræ.

¶ Quòd



¶ *Quòd in criminalibus poſſit procedi & diebus feriatis.* *Rub.* LXXXIII.

STatuimus inſuꝑ, ꝙ D. Iuſdicens poſſit, & valeat ꝓcedere in quibuſcunq; cauſis criminalibus oībus diebus, ēt feriatis, dũmodò non ſint feriati in honorē Dei; q̃bus q̃dē diebus in honorē Dei feriatis, nolumus ꝙ poſſit ꝓcedi, ſaluo ꝙ in atrociorībꝰ, puta, in crimine lęſæ Maieſtatis, homicidas, fures, proditores, aſſaſſinos, & ſimiles, contra quos, quocunq; tempore volumus poſſe ꝓcedi, etiā ad ſñtiam, & eius executionem.

¶ *De non faciendo coadunationes perſonarum.* *Rub.* LXXXIIII.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ nulla perſona cuiuſcunq; ſtatus, conditionis, vel pręeminentiæ exiſtat, audeat, vel pręſumat de cętero, facere, vel fieri facere aliquam coadunationem gentium, ſiue hominum armatorum in Poteſtaria Sextulæ, nec gentes ſeu homines armatos congregare, aut congregari facere in aliqua parte dictæ Poteſtariæ pro aliqua diſcordia, guerra, contentione, vel lite, quā haberet, vel habere ſperaret cum aliqua perſona, collegio, vel vniuerſitate; nec aliqua alia cauſa, vel occaſione, ſine expreſſo mandato, & voluntate Domini noſtri, vel D. Iuſdicentis eius officialis: & ſi quid contra ꝑdicta, vel aliquod prędictorum fecerit, puniatur, & condemnetur principalis faciens coadunationem, in libris centum: & quilibet alius, qui fuerit in dicta coadunatione in libris quinquaginta, & hoc, ſi ad actum proximum offenſioni deuenerint: Si verò ad nullum actum proximum offenſioni deuenerint à loco tñ cōgregationis exiuerint, pęna prędicta dimidietur: Sed ſi à loco congregationis non exiuerint, nec ad actum ꝓximum offenſioni deuenerint, condemnetur pñcipalis in libris vigintiquinq; & alij ſecū exiſtentes in libris decem ꝓ quolibet: Et intelligatur quem feciſſe coadunationem, ſi cum pñcipali fuerint quinq; perſonæ armatæ, q̃ non ſint de familia ipſius facientis, vel fieri facientis coadunationem: & intelligatur feciſſe contra prędicta ſi probatum fuerit per duos teſtes fidedignos, vel ꝑ publicam famam, & vocem, cum vno teſte: Et D. Iuſdicens hebeat merum, & liberum arbitrium, ex officio ſuo, ſine aliqua denunciatione, vel accuſatione inquirēdi, cognoſcēdi, & puniendi, cōtra quemlibet, q̃ cōtrafecerit, ſũmariè, & extra ordinem, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, etiam diebus feriatis, ad eiuſdem D. Iudicis liberam voluntatem, nō obſtante aliquo Statuto in contrarium faciente.

¶ *Quod quarta pars condemnationis remittatur propter confeſſionem, & alia quarta propter pacem.* *Rub.* LXXXV.

SI quis accuſatus, denunciatus, vel inquiſitus ex delicto, ex quo pęna pecuniaria veniat imponenda, comparuerit coram Iudice, & ſpontè delictum fuerit confeſſus, pp ipſam confeſſionem pars quarta pęnæ remittatur, &

 remiſſa

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

remiſſa eſſe intelligatur, etiam ſi in ſententia nihil fuerit dictum: Et ſi habuerit pacem ab offenſo, & eam produxerit in authenticam formam in proceſſu, vel eam aliter legitimè probauerit ante ſententiam, alia quarta pars remittatur & remiſſa intelligatur, etiam ſi in ſententia nihil fuerit dictum: Et ita in effectu, facta confeſſione, & pace habita, & producta, & ſeu aliter probata, vt ſupra, condemnetur inquiſitus, ſeu accuſatus ſolum in dimidia illius pęnę, in qua veniſſet condemnandus, ſi non fuiſſet confeſſus, nec pacem habuiſſet, vbi aliter per præſentia Statuta diſpoſitum non ſit.

¶ *Qđ copia condemnationum detur exactori Communitatis Sextulę.* *Rub. LXXXVI.*

STatuimus, qđ Notarius curiæ Sextulæ teneatur, & debeat tradere copiam condemnationum tàm criminalium, quàm damnorum datorum, exactori Communitatis Sextulæ, per Statuta noſtra ordinato, infra decem dies computandos à die publicationis dictarum condemnationum; ſub pœna librarum decem ꝓ qualibet vice, Duc. Ca. appl.

¶ *De pęna portantis arma vetita.* *Rub. LXXXVII.*

NVllus deferre audeat, neq; ꝑ̃ſumat arma vetita, ſine licentia Dñi N. Ducis, vel eius Officialis; ſub pœna contrafacienti, ꝓ quibuſlibet armis, & qualibet vice, ſi fuerit de die, librarũ quinq; monetę currentis: Si verò de nocte, librarũ decẽ: Et qui ea detulerit in caſtellũ Sextulæ, vel in aliũ locũ, vbi habitare, vel adeſſe cõtigerit D. Iuſdicentem, vel ad bancum iuris, vel in Eccleſiam, vel in nundinis, aut foro, aut feſtis, aut choreis, & in locũ vbi celebratur Miſſa noua, aut in triuijs, aut quadriuijs, vbi adeſſet multitudo perſonarum, ſaltem à viginti ſupra, pęnæ duplicentur: Et ſi ꝑ familiã repertus fuerit, & arma fuerint ablata, amittat arma, q̃ ſint familiæ D. Iuſdicentis, & ſi ꝑ familiam captus fuerit arma deferens dimidia pęnæ ſint ipſius familiæ: Et hoc locũ non habeat in illis ꝑſonis, q̃ venirent de extra Põtariam Sextulę, vſq; quo fuerint ad hoſpitia ſua, nec in illis perſonis, q̃ iuerint extra domũ ſuam, vel extra hoſpitia ſua cã eundi extra dictã Poteſtariam: Et hoſpites teneantur denunciare hoſpitibus ſuis, ꝙ arma deponant, ꝙ ſi nõ fecerint, cadant in illam pęnã, in quã caderent dicti arma portantes, & ad tollendam omnem dubitationem, quæ intelligantur arma vetita: Declaramus, ꝙ arma vetita ſint: Cultellus cuiuſcunq; gñris vltra mẽſuram ſex vnciarum: Lancea: Lancionus: Pica: Lambarda: Bordonus ferratus: Dardus: Giauarottus: Daghetta: Parteſana: Falzonus: Spata: Fachinus: Squarcina: Pugnalꝰ: Arcus cũ ſagittis: Baliſta: Schiopettus: Archibuſus: Spontonus: Faggiola: Ronca: Ronconus: Stochus: Stochettus: Daga: Mazza ferrata: Baſtonus de ferro,





ſeu plumbo, & omne aliud ferrum ſtrictum, & actum ſimile ſtoco: & ſimiliter ballotta ferręa, plumbea, vel ſaxea, & omne aliud genꝰ armorum ſimile alicui ꝑ̃dictorum, & etiam ſecures, ſecurelli, manara, manarinꝰ, ronchettæ aptæ ad nemora, niſi ipſos, & ipſa detulerint dum vadunt, & redeũt à laborerijs, & locis vbi prędictis opꝰ eſt: Concedimus tñ vigore pñtis Statuti, paſtoribus, & cuſtodibꝰ beſtiarũ licentiam impunè arma portandi, etiam vetita, dum exercent paſtorale exercitium: Quas tamen pęnas omnes ſupradictas Dominꝰ officialis poſſit alterare arbitrio ſuo, ex aliqua iuſta, & conuenienti cauſa.

¶ *De pęna vendentis beſtias, ſibi in ſocida, vel ad iugaticam datas, & ementis.* *Rub. LXXXVIII.*

HAc ſalubri lege vetamus, ne quis audeat per ſe, vel alium etiã de eius familia, modo aliquo directè, vel indirectè, quouis colore quęſito, beſtias cuiuſcunq; gñris ſibi locatas, ſeu cõceſſas in ſocidam, vel ad iugaticam, aut depoſitas, ſeu in curam deſignatas, vendere, aut alio modo alienare, alicui Beccario, aut alij cuicunq; ꝑſonæ abſq; licentia, & volũtate dñorum ſuorum, vel eorum, ad quos ꝑ̃dictæ beſtiæ ꝑtinebunt, ſub pœna lib. xxv. appl. pro dimidia fiſco, & ꝓ alia dimidia illi, cuius beſtiæ fuerint: Volentes, ꝙ contra vendentem ꝑ̃dictum, & alienantem, poſſit agi etiam de furto, ſi dño beſtiarum placuerit: Beccarios aũt, vel alias quaſlibet ꝑſonas ementes, aut recipientes ſcienter de dictis beſtijs à ꝑ̃dictis tenentibus, abſq; licentia ꝑ̃dictorum dñorum, & locatorum, eadem pęna lib. xxv. appl. eodem modo, puniri iubemus, & teneri ad reſtitutionem dictarum beſtiarum, ſi extabunt: ſi verò non extabunt, ad earum ęſtimationem iuramento dñi declarãdam: Ad q̃ reſtitutionẽ, & ęſtimationem beſtiarum, vnius vel plurium, ipſi teneantur tm̃, ſi ignorãter emerint, aut receperint, reſeruato tñ iure ipſis emptoribꝰ cõtra venditores, quas pęnas ipſo iure infligimꝰ ꝑſonis ꝑ̃dictis abſq; alio ordinario iudicio, ſeu proceſſu: & poſſint prędictæ perſonæ perſonaliter capi, & detineri, donec de prędictis domino ſatisfecerint: prędictas autem pœnas remittimus, ſi delinquentes fuerint in concordia cum dominis beſtiarum, antequàm per D. Iuſdicentem illos, in prędictis pœnis incidiſſe, declaratum fuerit.

¶ *Quòd maſculinum genus contineat fœmin.* *Rub. LXXXIX.*

STatuimus, ꝙ in omnibus Statutis nr̃is pęnalibus id obſeruetur, ꝙ ſi qua oratio ſub maſculino genere concepta ſit, ẽt fęminæ eo ſermone, & oratione comprehenſæ ſint, & eſſe intelligãtur, niſi in aliquo ex dictis Statutis expreſsè facta ſit maris, & fęminæ diſcretio.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶ *Quòd minor annis vigintiquinque, maior tamen annis decem, & octo, & mulieres maiores annis vigintiquinq; ad teſtimonium admittantur.* *Rub.* XC.

VOlumus quoque minorem annis vigintiquinque, maiorem tñ annis decem, & octo: & mulieres maiores annis vigintiquinq; ad teſtimoniũ admitti in cauſis criminalibus, & eorum dictis credi permittimus, &c.

¶ *Quòd liceat vnicuique furem capere & captum tenere.* *Rub.* XCI.

STatuimus, ꝙ liceat vnicuiq; ſine D. Iuſdicentis licentia, ſeruientẽ ſibi cuiuſcũq; ſexus impunè capere, ſi diceret ꝑ eum, vel eã ſibi furtum cõmiſſum eſſe, & captum, vel captã tenere ꝑ duos dies, & nõ vltra: & in arbitrio ſit capientis, captum tradere Iudici, aut eum liberè relaxare: Nec D. Iuſdicẽs de ꝑdictis poſſit, aut debeat aliquã inquiſitionem contra captum, vel capientem facere: Si tñ vltra dictum tempus tenuerit illum captum, cadat in pœnam librarum decem: Similiter liceat vnicuique, authoritate propria, capere alium furem repertum in domo ſuæ habitationis, vel propè domum cum furto; & illum infra vnum diem ab hora capturæ, ducere ad D. Iudicem.

¶ *Quòd liceat verberare famulos, & vxores ſuas.* *Rub.* XCII.

PErmittimus hac nr̃a lege, dñis, ſibi ſeruientes, minores tñ annis xv. filios, nepotes ex fratre, & alios deſcendentes: & maritis vxores ſuas, & concubinas impunè verberare, dummodò caſtigationis modũ non excedãt; ꝙ Iudicis arbitrio relinq̃mus, attenta cauſa, & qualitate criminis, vel delicti, & cõditione ꝑſonarum.

¶ *Quòd commorantes in eadem domo adinuicem rixantes non poſſint puniri.* *Rub.* XCIII.

STatuimus, ꝙ ſi parentes, filij, vel fratres, mulieres, & familiares, vel alij cohabitantes omnes in vna domo, & ad vnum panem, & vinum viuentes, & inuicem commorãtes, verba inter ſe habuerint, vel ſe ſgrafignauerint, aut ſe ꝑcuſſerint, in nullo condẽnari, & puniri poſſint, ſi concordes fuerint de ꝑdictis; niſi de homicidio, & percuſſionibus ſanguinolentis factis, & cum armis vetitis: & niſi fuerit filius, q̃ patrem, vel auum, matrem, vel auiam verberauerit: vel nurus ſocrũ, vel ſocerum: vel gener ſocrum, vel ſocerum: vel vxor virum: vel famulus, aut famula dominum, vel dominam, vel filios eorum, in quibus Statuta ſeruentur.

¶ De pęna



¶ *De pęna Iuſdicentis aliquem occidentis in tormentis, vel relinquentis.* *Rub.* XCIIII.

NE Iudicum, & Rectorũ ſit impunita temeritas, Statuim⁹, ꝙ ſi D. Iuſdicens aliq̃ ꝑſonam poſuerit, vel poni fecerit ad tormẽtum ꝑp aliꝙ maleficium, ex quo poni poſſit, vel nõ poſſit ad torturã ex forma iuris, aut pñtium Statutorum, adeò modum ſeruare debeat, vt nõ moriatur in tortura, ſed ſaluus remaneat: Si verò vltra modum, & acriter, ac immoderatè tortus in tormentis moriatur, vel tormentorum occaſione; tunc Iuſdicens contra ꝑdicta faciens, vel fieri faciens decapitetur, vel puniatur ꝓut Illuſtriſs. D. N. placuerit, & q̃libet poſſit eſſe iuſtus, & verus accuſator: Adijcientes, ꝙ ſi talis Iuſdicens, qui faceret aliquem tormentari, de loco tormentorum deceſſerit, eum in tormentis relinquens pro aliquo notabili interuallo, ꝙ interuallum declaramus eſſe ſpatium dimidiæ horæ: tunc talis ita faciens condemnetur in libris ducentis pro qualibet vice, fiſco applicandis.

¶ *De pęna Iuſdicentis, & eius Capitanei, vel alterius de eius familia, aliquem percutientis.* *Rub.* XCV.

NOn liceat Iuſdicenti, nec eius Capitaneo, & min⁹ alij de eius familia aliquem diſtrictualem Põtariæ Sextulæ ꝑcutere, vel verberare cũ armis, vel ſine: & ſi ſecus fecerint incidant in pęnam dupli eius, in quo alius priuatus veniret condemnandus pro ſimili, & tali delicto: & hoc vbi pęna pecuniaria veniret imponenda ex percuſſione: vbi autem alias pęna corporis afflictiua veniret imponenda, ſeruentur noſtra Statuta.

¶ *De pœna faſcinatorum, ſeu affaturantium.* *Rub.* XCVI.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ affaturationẽ, ſeu faſcinationes facientes ꝑ ſe, vel aliũ, puniantur ꝑſonaliter, vel pecuniariter arbitrio D. Iudicis: & q̃libet poſſit accuſare, denũciare, & q̃relare, & lucretur dimidiã pęnæ pecuniariæ.

¶ *De pęna capientis columbos domeſticos.* *Rub.* XCVII.

NVllus audeat capere, aut capi facere in Poteſtaria Sextulæ, columbos domeſticos, etiã de columbaria, cum rethibus, vel alio quocunq; modo, ſub pęna ſoldorum quadraginta ꝓ qualibet vice: cuius rei accuſationem volumus eſſe popularem; & prędicta pęna applicetur pro dimidia fiſco, & pro alia dimidia accuſatori, cui credatur cum eius iuramento, & vno teſte fide digno: Et idem Statutum militet in interficiente columbos, vt ſupra; & vlterius ad reſtitutionem columborum viuentium; interfectorum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſectorum verò ,ad æſtimationem eorum domino.

*¶ De laboratoris pęna leuantis de campo, vel area frumenta, & blada ſine licentia domini.* Rub. XCVIII.

STatuimus, ꝙ quilibet colonus, vel agricola ad medium, vel ad partem aliquam, alterius terras, vel vineas colens, teneatur prius terram dñi ſeminare, blada metere, & triturare, quam ſua propria: nec poſſit de campo extrahere, vel de area leuare blada alicuius generis, vel vuas vindemiare, niſi priꝰ dominũ interpellauerit, vt interſit; qui ſi intereſſe voluerit, non poſſit ipſe laborator prędicta abſque eo facere; ſub pęna lib. decem fiſco appl. pro qualibet vice, ſi in quolibet prędictorum defecerit. Inſuper teneatur domino ad intereſſe, taxandum per D. Iuſdicentem de eo, quod amouerit abſque licentia, & leuauerit, &c.

*¶ De pęna illius qui dederit alapam alicui.* Rub. XCIX.

SI quis dederit alicui alapam, vel cum pugno aliquem percuſſerit in vultu, ſi quidem ſanguis exiuerit, puniatur in libris decem pręſentis monetæ; Si verò non exiuerit ſanguis, puniatur in libris quinque; & ſi alibi quàm in vultu, in ſoldis quinquaginta: & his caſibus pęnæ ſupradictæ duplicentur, ſi delicta commiſſa fuerint in locis, in quibus delicta commiſſa ex forma pręſentium Statutorum, pœnæ duplicantur in alijs caſibus.

*¶ De pęna non obſeruantis promiſſionem factam, de dando aut accipiendo aliquam mulierem in vxorem.* Rub. C.

STatutum eſt, quòd ſi quis promiſerit, dixerit, vel conuenerit dare alicui, tàm ſuo nomine, quàm alterius cuiuſcunque eius attinentis, vel alterius perſonæ, aliquam eius filiam, neptem, ſororem, vel aliquam eius mulierem, vel ſibi attinentem, infra quartum gradũ, ſecundum computum iuris canonici, in ſponſam, ſiue vxorem; ſiue conſenſus talis mulieris à principio interuenerit, ſiue non, & promiſſa, ac conuenta per eum non obſeruauerit, aut adimpleuerit tempore debito, & congruo ad requiſitionem illius, cui facta fuerit talis promiſſio, aut illius, cui danda erat talis mulier, & promiſſa, ac conuenta per eum non fuerint obſeruata, ac adimpleta, condemnetur talis, per quem deſtiterit huiuſmodi promiſſionem adimpleri in libris centum, cuius pęnæ medietas applicetur Cam. Duc. alia autem applicetur, & detur illi, cui facta fuerit talis promiſſio, & non obſeruata, aut illi, cui danda erat, & dari debebat talis mulier: & ad hęc etiã teneantur hęredes cuiuſ-

cunque



cunque prędicta promittentis, & non obſeruantis.

Et è conuerſo, ſi quis promiſerit, dixerit, aut cõuenerit accipere tàm pro ſe, quàm pro filio, nepote, vel alio quocunque eius attinente, vel alia perſona in ſponſam, ſeu vxorem filiam alicuius, neptem, vel ſororem, aut aliã mulierem, vt ſupra, & conuentiones, ac promiſſiones huiuſmodi effectum non ſortiantur, & talis mulier accepta in vxorem per eum, qui eam in vxorem accipere debebat, non fuerit, condemnetur ſimiliter ille qui promiſerit, aut conuenerit accipere vt ſupra, & non adimpleuerit, in libris centum monetæ pręſentis, appl. pro dimidia fiſco, & pro alia dimidia illi, cui facta fuerit talis promiſſio, & non obſeruata, ſeu patri illius mulieris, quæ dimidia conuerti debeat in vtilitatem dictæ mulieris: & ad hoc etiam teneantur hęredes cuiuſcunque prędicta promittentis, & non adimplentis: & ipſæ pęnæ exigi poſſint, & debeant in bonis cuiuſcunque promiſſa, & conuenta non obſeruantis, & patris, ſi in promiſſionibus huiuſmodi per filios, aut filijs factis conſenſus patrum interuenerit: conſenſus autem patrum interueniſſe cenſeatur, ſi tempore promiſſionum huiuſmodi filij habitauerint cum patribus, vel ante dictum tempus per vnum menſem, & patres querimoniam de ipſa re non fecerint expreſsè infra dictum tempus coram D. Iuſdicente: Quæ omnia locum habeant, niſi iuſtæ cauſæ, vt puta infirmitatis perpetuæ, vel ſimilium impedimento fuerint, quominus prędicta adimpleri poſſint, & executioni mandari.

*¶ De pęna litigantium nomine alterius, & non habentium mandata.* Rub. CI.

SI quis, vt tutor, curator, vel ꝓcurator, aut Syndicus, vel actor alicuius in iudicio interuenerit, & comparuerit, vel dixerit coram D. Iuſdicente, & non habuerit mandatum, tutellam, vel curam illius, & ab illo, quem allegauerit eſſe ſuum principalem, condemnetur in libris tribus, & nihilominus acta, & geſta per eum non valeant, nec teneant, ſed ipſo iure ſint nulla.

*¶ De deſcriptione fienda contra malefactores.* Rub. CII.

SI homicidium commiſſum fuerit in Poteſtaria Sextulę D. Iuſdicens tunc, cum ad eius notitiam peruenerit debeat mittere ad videndũ, & deſcribendum vulnera, ſeu plagas interfecti, & ad deſcribẽdum bona malefactoris: & ſi aliquod homicidium committi cõtigerit, Maſſarij locorum, in quibus committitur, & in eorum defectum homines illarum terrarum debeant in cõtinenti notũ facere, & mittere ad denunciandum prędicto D. Iuſdicenti; ſub pœna lib. quinque fiſco appl. & nullus Maſſarius, nullaue perſona audeat vel p̄ſumat ſepelire corpus interfecti, niſi primo facta

fuerit

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

fuerit dicta notificatio eidem D. Iuſdicenti, & habita fuerit licentia ſepeliendi à dicto D. Iudice ſub eadem pęna cuilibet contrafacienti applicanda, vt ſupra.

¶ *Quòd delinquens teneatur ſatisfacere Medico. Rub. CIII.*

STatuimus, quòd offendens, percutiens, & ſeu vulnerans, teneatur offenſo, & ſeu vulnerato, & percuſſo ad mercedem Medici, vbi opera Medici opus fuerit: & vlterius ad omnes alias expẽſas, damna, & intereſſe ipſius offenſi occaſione dictæ pcuſſionis, aut vulnerationis, per ipſum factas, & paſſas.

¶ *De pęna Iuſdicentis non obſeruantis capitula, priuilegia, decreta, & quęcunque alia conceſſa hominibus dictæ Poteſtariæ ab Illuſtriſſ. Duce noſtro. Rub. CIIII.*

STatuimus inſuper & ordinamus, ꝙ Iuſdicens, in dicta Poteſtaria teneatur, & debeat obſeruare, & obſeruari facere omnia, & ſingula capitula, priuilegia, decreta, cõceſſiones, prouiſiones, & quęcunque alia conceſſa, & impartita hoĩbus dictæ Poteſtarię ab Illuſtriſſ. Prĩcipe & Duce noſtro ad eorum commodum, fauorem, & vtilitatem: ſub pœna non obſeruanti, & obſeruari non facienti, ducatorum vigintiquinq; auri Duc. Cam. appl. pro qualibet vice contrafecerit. Niſi aliter habuerit in mandatis ab Illuſtriſſ. D. Duce noſtro.

## FINIS TERTII LIBRI.

INCIPIT



# INCIPIT LIBER QVARTVS STATVTORVM COMMVNITATIS POTESTARIAE SEXTVLAE,

## DAMNORVM DATORVM.

¶ *Quibus modo, & forma damnum paſſus debeat accuſare, & qualiter accuſationes per ipſum inſtitutæ, ſcribi debeant. Rub. I.*

STatuimus, qđ quilibet, cui accuſare à lege nr̃a municipali, conceſſum eſt, qui aliquem, in aliqua re, in qua ſibi accuſare per pręſentia Statuta permittitur, tàm perſonaliter, quàm cum beſtijs ſibi damnum dediſſe affirmet, quem accuſare voluerit, & quem etiam abñtem, & non citatum accuſare poſſit, teneatur, & debeat iurare in manibus D. Iudicis, vel Notarij iuramentum ei deferre debẽtis, quòd non per dolum, nec per calumniam accuſat: ſed quia ſcit, vel credit contenta in accuſa eſſe vera, & declarare in ipſa accuſatione perſonam damnum dantem, & ſeu quæ damnum dederit cum perſona, vel cum aliquo eius famulo, vel alio de familia ſua, aut cum beſtijs, cum nomine, & cognomine, & an accuſet de viſu, vel de auditu; & à quanto tempore citra damnum datum fuerit: & qualitatem ipſius damni dati: & petiæ terræ, ſeu rei, cũ duobus cõfinibus ad minus: & Notariꝰ recipere teneatur dictas accuſas eo modo, quo ſupra: & ſi aliter receperit, cedat eius periculo, & non procedat dicta accuſa, cum non cogatur eas recipere alio modo, & in principio ipſarum accuſarum notare debeat, & teneatur diem, menſem, & annum inſtitutionis dictarum accuſarum: ac etiam pręductũ iuramẽtũ: & aliter inſtitutæ, & receptæ accuſæ nõ valeant, nec teneãt ipſo iure.

¶ *Dies, in quibus non debent recipi accuſæ de damno dato, ſunt, vz. Rub. II.*

NAtiuitas D. N. Ieſu Chriſti cum duobus diebus ſequentibus: dies Circunciſionis: Epiphaniæ: Paſſionis Chr̃i: Reſurrectionis cũ duobus diebus ſequentibus: Penthecoſtes: Aſcenſionis Dñi: Corporis Chriſti: Aſſumptionis, & Natiuitatis beatiſſimæ virginis Mariæ.

¶ *Qui poſſint accuſare de damno ſibi dato. Rub. III*

STatuimus, & ordinamus, ꝙ quęlibet perſona pubes tñ, ſiue pater familias, ſiue mater familias, ſiue filius familias, & ſiue quilibet de familia alicuius: & nedum dñus, ſed laborator, factor, affictuarius, & ſpetialis nuncius, & famulus,

mulus,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

mulus,& quilibet conſortum,poſſit,& valeat qualibet die,etiam feriata in honorem Dei,exceptis ſupradictis dieb⁹,parte ad hoc nō citata,aut monita;nulla etiam fideiuſſione pręſtita de proſequenda accuſatione, inſtituere quaſcunq; accuſas de damno ſibi dato;& ſeu accuſare,& denunciare coram D.Iuſdicente vel Notario curiæ Sextulæ,cum iuramento & sm̃ formam,& modum,de ꝗbus ſupra in Statuto ſub Rub. Quibus modo,& forma damnum paſſus debeat accuſare,quoſcunq; damnum dantes, vel qui damnum ſibi dederint, vel intulerint, ſiue dari & inferri fecerint, vel permiſerint cum eorum perſonis,vel cum alijs quibuſcunq; eorum famulis, vel alijs de familia ſua, aut cum beſtijs, aut animalibus quibuscunq;, tàm ſuis,q̃ ꝑ ipſos gubernatis,vel cuſtoditis,in aliꝗbus terris,clauſuris,pratis,ſaldiuis, ſeu boſchiuis, & alterius cuiuſcunq; qualitatis,& maneriei,ſitis,& poſitis in diſtrictu Pōtariæ Sextulæ;& tàm proprijs talium accuſantium,q̃ conductis ꝑ ipſos accuſantes ad modicum,vel longum tēpus,& tàm tentis, & poſſeſſis ꝑ ipſos accuſatores, q̃ ꝑ alios eorum nominibus; & hoc infra decem dies poſtquā viderit, & repierit damnum dantes, ſibi dare damnum;& de inuentione, ſeu de viſu, ꝙ ille qui accuſatur, ſit, qui damnum dederit,& ꝙ accuſetur infra decem dies poſt inuentionem credatur ſacramento ipſius accuſantis: Si verò non viderit,ſeu non repierit damnum dantes,ſed audierit,& intellexerit,illum accuſare debeat infra quindecim dies,poſtquàm audierit,cuius ſacramento, etiam de hoc ſtetur: dummodò poſt illatum damnum non ſint elapſi ſex menſes,qui elapſis, pręcluſa ſit via accuſandi ipſi damnum paſſo: Et qñ accuſat de auditu, credatur ei cum vno teſte fide digno, ꝙ ille qui accuſatur,ſit qui damnum dederit: Vbi verò inuenerit ſibi damnum fuiſſe datum, non tñ viderit, ſeu non reperierit damnatorem, neq; audiuerit, vel intellexerit quis damnum dederit, poſſit, & valeat ipſe damnum paſſus infra octo dies,poſtquàm inuenerit damnum ſibi datum fuiſſe,de quo tempore ei credatur cum eius iuramento, vt ſupra,accuſare Saltuarium de negligentia, eo quia non accuſauit eum,vel eos,qui ſibi damnum dederint, ſeruādo tamē modum, & formam, de quibus ſupra in Statuto ſub Rub. Quibus modo, & forma,vz.in omnibus,in quibus dicta forma adaptari poſſit,& iurando,quòd damnum ſibi datum fuit, & quòd ipſe ignorat quis damnum dederit.

### ¶ *De electione Saltuariorum,ſeu Campariorum. Rub. IIII.*

STatuimus & ordinamus ad euitanda ſcandala,& vt damnificātes melius reperiantur, ꝙ quęlibet villa, ſeu ꝗlibet Cōe, & ſeu Caſtrum Pōtariæ Sextulæ ſingulo anno in cal.Ianuarij,& Iulij, vel ſaltèm ad plus infra octauam diem dictorum menſium, teneatur, & debeat eligere, & conſtituere vnum, vel duos idoneos,& ſufficientes Saltuarios maiores annis xxv.bonę conditionis,& famæ; ſub pœna





librarum trium monetæ currentis ꝓ quolibet Cōi,& ſeu villa,& ſeu caſtro nō ſic faciente;& nihilominus D. Iuſdicens teneatur cogere Cōe, & ſeu villam,& ſeu caſtrū ꝙ non elegerit dictos Saltuarios, ſeu Cāparios,tranſactis dictis octo diebus,ex eius officio,vel ad particularis cuiuſlibet perſonæ petitionem,ad huiuſmodi electionem faciendā captis pignoribus, & mulcta indicta cuilibet nō eligenti,vt ſupra, & etiam per detentionem perſonarum loci non eligentis.

### ¶ *De iuramento, & ſatiſdatione Saltuariorum. Rub. V.*

SAncimus, ꝙ Saltuarij Cōium,& ſeu villarum,& ſeu caſtrorū̃ electi, iuxta formam p̃cedentis proximè Statuti,teneantur, & debeāt infra octo dies proximè ſequentes poſt eorum electionem ſe p̃ntare coram D. Iuſdicente, & in manibus dicti D. Iudicis ſacramentum deferrentis iurare,& ipſi ꝓmittere, ꝙ legaliter, diligenter,& ſolicitè facient officiū ſuum Saltuariæ in tota cuſtodia ſibi cōmiſſa: & ꝙ bona fide,& ſine fraude,paſſione, vel dolo denunciabunt quoſcunq; reperierint damnum dantes, tàm cum perſonis,quàm cum beſtijs:& etiam quoſcunq; audierint damnum dediſſe,vt ſupra,ſi de hoc habuerint fidem:& ꝙ nullam committent fraudem, circa eorum officium p̃dictum: & ꝙ nulli damnum inferrent, vel inferri permittent: ſeu facient in aliquibus terris, vel rebus cuſtodiæ ſibi commiſſæ: & ꝙ omnes terras ſuæ cuſtodiæ fideliter, & ſolicitè perquirent,circabunt,& cuſtodient:& vlterius teneantur idoneam pręſtare fideiuſſionem in actis curiæ Sextulæ de prędictis obſeruandis, & de ſoluendo omnem, & omnes condemnationes,quas de eis fieri contigerit,eorum defectu in officio ſuo.

### ¶ *De officio Saltuarij. Rub. VI.*

DEcernimus, ꝙ Saltuarij p̃dicti teneātur,& debeant cuſtodire omnes & ſingulas terras, res, & loca, exiſtentia, & exiſtentes intra eorum cuſtodiam congruè referrendo quolibet tempore, & ſi repierint aliquos dānum dantes, ſeu inferrentes, vel inferri ꝑmittentes, ſeu facientes cum ꝑſonis, vel beſtijs, teneantur, & debeant infra quinq; dies poſtq̃ reperierint eos, accuſare, & denunciare D. Iuſdicenti, vel Notario curiæ, sm̃ formam Statuti poſiti; ſub Rub. Quibus modo, & forma damnum paſſus accuſare debeat, in quātum p̃dictum Statutum adaptari poſſit;& ipſis Saltuarijs ſuꝑ quibuſcunq; accuſis ꝑ eos faciendis, ac etiam de damno dato vſq; ad q̃titatem ſoldorum decem,cum eorum ſacramento credatur, ſi de viſu accuſauerint: ſi verò de auditu,infra octo dies, poſtq̃ audiuerint: & tunc eis cum ſacramento,& vno teſte fide digno credatur de p̃dictis;ſub pœna cuilibet Saltuario contrafacienti,ꝓ qualibet vice,ſoldorum decem,ꝓ dimidia appl. Cōitati,& ꝓ



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

alia dimidia, damnum paſſo; Ac etiã teneantur dicti ſaltuarij ſe pñtare D. Iuſdicenti, vel Notario curiæ ſingulis quindecim diebus, ad intelligendum accuſas contra eos inſtitutas; ſub p̃dicta pęna, appl. Cõitati p̃dictæ; & teneantur, ac debeant accuſas contra eos inſtitutas ꝑ quancunq; ꝑſonam remittere in damnũ dantes, durante eorum officio, & etiam eo finito, infra octo dies immediatè ſequentes, & nõ vltra; &, ſi in hoc defecerint, teneantur ad emendationẽ damni, & expenſarum damnum paſſo. Declarantes, ꝙ per p̃dicta non intelligimus, nec volumus derogare, nec p̃iudiciũ aliquod facere quibuſcunq; ordinibus, priuilegijs, & ſeu Statutis quorũcunq; particulariũ Cõium, & Terrarũ ſibi ab Illuſtriſs. Principe nr̃o conceſſis, & approbatis, & ſeu cõcedendis, & approbãdis.

¶ *Quòd Notarij damnorum datorum teneantur ſingulis viginti diebus notificare D. Iuſdicenti accuſas datas de damno dato.* *Rub. VII.*

VOlumus, diſponendo, quòd Dñus Notarius damnorum datorum teneatur, & debeat notificare D. Iuſdicenti, ſingulis viginti diebus, oẽs & ſingulas accuſas de damno dato inſtitutas; ſub pęna ipſi Notario cõtrafacienti librarũ decem ꝓ qualibet vice, ꝓ dimidia cameræ Duc. & pro alia dimidia Cõitati prędictæ appl.

¶ *De modo, & forma citandi, & procedendi contra accuſatos.* *Rub. VIII.*

STatuimus, & ordinamus, ꝙ D. Iuſdicens teneatur, & debeat tàm ex eius officio, q̃ ad inſtantiam cuiuſcunq; ꝑſonæ, cuius interſit, incõtinenti, q̃ primum habuerit notitiam de dictis accuſis, de damno dato inſtitutis, citari facere ꝑ vnum ex publicis Nuncijs curiæ Sextulæ, etiam ſine ſcriptis, quoſcunq; accuſatos de damno dato, ſemel inuentos perſonaliter; vel bis, ſi non inuenti fuerint, ad domum eorum vltimæ, & ſolitæ habitationis, ſi tales accuſati habitauerint in Poteſtaria Sextulæ: Si verò extra Põtariam habitauerint, eos citari facere teneatur per vnum ex nuncijs ad oſtiũ caſellæ iuris Sextulæ, palàm, publicè, & alta voce, quaten⁹ ipſi accuſati infra terminum ſex dierum proximè futurorum à die citationis factæ computandorũ, debeant comparere coram eo ad eius ſolitum iuris Bãcum ad ſe excuſandum, & defendendum ab eiſdem accuſis: Quibus ſex diebus elapſis, ſi tales accuſati, & citati, vt p̃mittitur, non comparuerint, tunc dicti accuſati, ſiue fuerint iuriſdictionarij, ſiue forenſes citentur, & citari debeant alia vice ad oſtium caſellæ, vt dictum eſt, quatenus infra ſex alios dies, à die citationis factæ connumerandos, debeant comparere, vt ſupra ad ſe excuſandum, & defendendum à dictis accuſis: Si verò non cõparuerint tales accuſati in dicto termino ſecundo, tunc ſimiliter citentur tertia vice per vnum ex dictis Nuncijs ad dictum oſtium





caſellæ, modo quo ſupra, quatenus infra quatuor dies tunc proximè ſequentes comparere debeant, vt ſupra, ad allegandum, & allegari faciendum quicquid velint, & poſſunt, quare non debeant condemnari pro dictis accuſis sm̃ formã pñtium Statutorum: & ſi tales accuſati in hoc tertio, & vltimo termino qui pro peremptorio, & omni dilatione legitima habeatur, nõ comparuerint per ſe, nec per legitimam perſonam pro eis, tunc ipſi accuſati citati ſic, habeantur, & haberi debeant pro verè, & legitimè citatis, & confeſſis, & conuictis de contentis in dictis accuſis: & tunc dictus D. Iuſdicens ſine aliqua citatione, vel monitione fienda de talibus accuſatis, teneatur, & debeat infra octo dies immediatè ſequentes tales accuſatos condemnare, & punire sm̃ formam Statutorũ; ſub pœna lib. quinq; monetæ currentis appl. Cõitati Sextulæ pro dimidia, & pro alia dimidia Duc. Cam. Si verò tales accuſati quandocunq; añ ſententiam comparuerint, & petierint copiam accuſæ, quæ eiſdem detur per notarium, & voluerint ſe à dictis accuſis defendere, non audiantur, niſi prius per eos pręſtito iuramento in manibus prędicti D. Iudicis, ꝙ dictam defenſionem non faciunt animo calumniandi, vel dilatandi, immo ex eo quia credunt ſe poſſe defendere, & probare: & ꝙ eorum intentio eſt ipſam defenſionem proſequi: & niſi prius per ipſos pręſtita idonea fideiuſſione de ſoluendo omnem condemnationem de eis fiendam occaſione dictarum accuſarum, & de reſtituendis expenſis accuſatori in caſu ſuccumbentiæ: Quibus quidem adimpletis, tunc eorum defenſiones, & exceptiones legitimæ, & iuridicæ per eos appoſitæ, & productæ admittantur, & admiſſæ eſſe intelligantur; quas quidem exceptiones, & ſeu defenſiones teneatur accuſatus, & ſeu eas producens notificari facere aduerſario ſuo, & illi, cuius intererit, infra quatuor dies vtiles, à die productionis exceptionũ, & defenſionis; aliàs intelligatur renunciaſſe ipſis exceptionibus, & defenſionibus; & contra ipſum accuſatum procedatur, vlterius eo non audito: Qua notificatione facta, tunc per Iudicem ſtatuatur, & ſtatuta eſſe intelligatur dilatio dierum decem vtilium vtriq; parti ad probandum ſibi incumbentia; & deinde alia dilatio quinq; dierum vtilium ad reprobandum producta in prima dilatione: Quo termino elapſo, omnia ſint, & eſſe intelligantur publicata: & inſtãtia huiuſmodi cauſarum ſit, & eſſe debeat, & duret, ac durare debeat per triginta dies vtiles, & non vltra; & currere incipiat à die dictæ notificationis fiendæ dictis accuſatoribus de productione defenſionis, & exceptionum productarum per accuſatum, infra cuius inſtantiæ tempus ipſa cauſa per Iudicem terminari debeat per ſuam ſententiam diffinitiuam claram, & apertam, & non per relationem ad acta; pñtato tamen ipſi Iuſdicenti proceſſu per partem, ante finem inſtantiæ, ſaltem per dies quinq; continuos; ſub pœna librarum viginti quinq; monetæ currentis appl. Communitati Sextulæ pro dimidia, & pro alia dimidia Duc. Cam. & nihilominus teneatur ipſe Iudex ad damna, & intereſſe parti exinde lęſę; & tranſacta dicta inſtantia, non poſſit per Iudicem ipſa accuſa



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

terminarum, niſi in pronunciando huiuſmodi inſtantiam eſſe peremptam:& in condemnando accuſatorem in expenſis, ſecundum formam iuris, ſi accuſator non pñtauerit proceſſum vt ſupra,& non petierit cauſam ipſam terminari infra tempus inſtantiæ prędictę, cum inſtantia ſit ipſi accuſatori perempta; & nihilominus probationes in ipſa cauſa factæ vim, & effectum obtineant inter eaſdem perſonas, ſi ipſe accuſator de nouo, refectis prius expenſis, voluerit ſup meritis dictæ cauſæ pronũtiari: Declarantes inſuper, ꝙ ſi accuſatus comparens oppoſuerit de dominio, vel poſſeſſione rei, in qua damnum datum fuiſſe dicetur ſui, vel alterius, huiuſmodi exceptio pro non admiſſa habeatur, niſi de huiuſmodi dominio, vel poſſeſſione ſui, vel alterius legitimè ꝓbauerit infra dilationem ſtatuendam vt ſupra: ſed huiuſmodi exceptione non obſtante, quæ pronunciata habeatur, ſi probatio prędicta vt prędicitur facta non fuerit; & ẽt non obſtante, ꝙ accuſator hoc caſu nihil probauerit, tunc nihilominus ipſe accuſatus condemnetur ſecundum formam pñtium Statutorum: & ſi quidẽ accuſator,& accuſatus probauerit, ſiue probare nixi fuerint legitimè de eorum dominio,& poſſeſſione, tunc ille obtineat, qui melius, & efficatius probauerit, & meliora, & potiora iura habuerit; vbi verò vterque probaret de poſſeſſione ſolum, tunc ſufficiat ad victoriam accuſatoris, quantum ſit pro damno dato, de quo agitur, probare de poſſeſſione ſua, vel auctoris ſui recentiori, quæ ſit ſaltem ſex menſium ante inſtitutam accuſam, accuſato non probante de poſſeſſione ſua, tempore inſtitutæ accuſæ; ſed ſi accuſatus comparẽs alias produxerit exceptiones, puta ꝙ tempore damni dati, ille qui accuſatus fuerit de damno dato abñs fuerit, & in loco, in quo non ſit poſſibile ꝑ ipſum damnum fuiſſe illatum; vel quòd ille, cuius beſtiæ damnum dediſſe dicuntur, beſtias ipſas nõ habuerit; vel non tantum numerum beſtiarum, quot ſpecificatæ fuerint in accuſis; vel alias his ſimiles exceptiones produxerit, & legitimè probauerit infra dilationem ſtatuendã vt ſupra, tunc accuſatus abſoluatur,& condemnetur accuſator, vt calumnioſus, in ſoldis quadraginta, appl. Cõitati prędictæ pro dimidia,& pro dimidia Duc. Cam.& in expenſis, ac intereſſe accuſato, ꝑ Iudicem taxandis cum ipſius accuſatoris ſacramento; & in huiuſmodi damnorum datorum cauſis, nulla litis cõteſtatio requiratur, ſed in ipſis ſummariè procedatur, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta; & etiam tempore feriato ob neceſſitates hominum: Declarantes, ꝙ condemnationes,& abſolutiones in dictis cauſis factæ & probationes nullum inferant, nec inferre poſſint pręiudicium partibus agentibus, vel agere deinde volentibus via ordinaria: Adijcienteſq; ꝙ omnes,& ſingulæ accuſæ damnorum datorum, & ſeu denunciæ de damnis datis inſtitutæ, in quibus non fuerit deuentum ad defenſam, tàm per camparios, q̃ per alias perſonas, & quæ terminatæ non fuerint infra ſex menſes, à die accuſæ, ſiue denunciæ factæ connumerandos, ſint, & eſſe intelligantur remiſſæ, & annullatæ, adeo ꝙ ex eis nihil peti, nec exigi poſ-





ſit, nec procedi ſuper eis quouis modo: Sed elapſo dicto termino, ſint abſoluti oẽs, & ſinguli accuſati ab ipſis accuſis: Limitantes tñ diſponimus, ꝙ ſi de loco, vbi dicitur damnum datum, per prius ante inſtitutionem accuſæ fuiſſet lis inter accuſantem,& accuſatum, tunc, lz. accuſans accuſauerit de viſu,& ei credi debeat sm̃ formam noſtrorum Statutorum, tñ ſi accuſatus excipiat vt ſupra de dñio, vel poſſeſſione, teneatur accuſans probare de dominio, vel poſſeſſione,& non ſufficiat iuramentum, alias, ſuccumbat:& Notarius curiæ teneatur,& debeat ſcribere,& ordinare integrè proceſſus,& quęcunq; fient in cauſis damnorum datorum; ſub pœna ipſi Notario deficiẽti in ꝑdictis & quolibet ꝑdictorũ lib. quinq;, Cõitati prędictæ appl. pro dimidia,& pro alia dimidia Duc. Cam.

¶ *De probationibus.* *Rub.* *IX.*

STatuimus, ꝙ vbi damnum paſſus contra aliquem accuſas inſtituerit de viſu, credatur ipſi damnum paſſo cum eius ſacramento, de quantitate damni vſq; ad ſummã ſoldorum quinque, ſi ſit bonæ opinionis,& famæ arbitrio Iudicis; vbi verò Saltuarius accuſauerit de viſu, credatur eidem, cum eius iuramento de damno vſque ad ſummam ſoldorum decem; poſſit tñ in vtroq; caſu contrarium probari: A dictis verò ſummis ſupra, quantitas damni ꝓbetur,& ꝓbari debeat per ęſtimatores damnorum datorum sm̃ formam Statutorum nr̃orum, vel ꝑ alias ꝓbationes.

¶ *Quòd pater pro filio, Dominus pro famulo, caput familiæ pro quocunque de eius familia teneatur de damno dato.* *Rub.* *X.*

SAncimus ꝙ de damnis datis, pater teneatur pro filio ſecum hĩtante; Dñus ꝓ famulo, & cuſtode, niſi ipſe famulꝰ,& ſeu cuſtos cũ ꝑſona ſua damnum dederit,& id in vtilitatem Dñi conuerſum nõ fuerit; & caput familias pro quocunq; de familia teneatur modo ꝑdicto.

¶ *Quòd illi, quibus damnum datum fuerit, poſſint renunciare accuſis quandocunque ante ſententiam.* *Rub.* *XI.*

STatuimus, ꝙ omnes & ſinguli, quibus damnum datum fuerit, poſſint & valeant quandocunq; ante ſententiam, renunciare accuſis de damno dato, tàm per perſonas, de quibus in Statutis nr̃is, quàm per Saltuarium inſtitutis; & ꝙ, facta dicta renunciatione, vlterius per D. Iuſdicentem ſuper ipſis accuſis non procedatur, nec procedi poſſit.

¶ *Quæ accuſa intelligatur, & declarari debeat calumnioſa, & de pęna calumnioſi.* *Rub.* *XII.*

SI aliq̃s accuſauerit aliquẽ de damno ſibi dato ab ipſo, vel ab aliquibus eius famulis, vel cum aliquibus eius beſtijs, & ipſe accuſatus ipſos famulos, vel



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ipſas beſtias nõ habuerit, vel minorem numerum habuerit, quã in ipſa accuſa cõtineatur, ꝓdicta accuſa fictione pñtis Statuti ꝓſumatur calũnioſa, & calũnioſè facta; & talis accuſator de calũnia condemnetur, & puniatur in ſoldis quadraginta appl. dictæ Cõitati pro dimidia, & pro dimidia Duc. Cam. & in expenſis legitimis accuſato: & ad prędicta accuſatus admittatur ſi probare voluerit: & legitima intelligatur probatio duorum teſtium fide dignorum, etiam vicinorum, & ſeu domeſticorum ſuorum: ſimiliter ſi quis aliquem accuſauerit de damno dato, & fuerit repertum per ęſtimatores, vel per alias probationes nullum damnum, vel min⁹, quam iuratum fuerit, vt ſuprà, datum fuiſſe, huiuſmodi accuſa declaretur calumnioſa: & talis accuſator ad accuſandum, vſq; ad annum proximè ſecuturum, de damnis ſibi datis non admittatur p ſe, vel alium: declarãtes pęnam calumnioſi eſſe debere in, & de ſoldis quadraginta pro qualibet accuſa applicanda cameræ, vt ſuprà.

*¶ Quòd Saltuarij, durante eorum officio ſint immunes ab omni onere perſonali: & de ipſis permiſſa armorum delatione.* Rub. XIII.

STatuimus etiam, ꝙ dicti Saltuarij, durante eorum officio, ſint immunes ab omni onere perſonali; nec compellantur aliquem mittere loco ſui ad aliquod onus: ipſiſq; Saltuarijs liceat impunè deferre arma de die, & de nocte, quando officium ſuum exercent.

*¶ Qđ offerentes ęſtimationem damni, non poſſint accuſari, nec condemnari.* Rub. XIIII.

ORdinamus, ꝙ accuſati de damno dato, offerendo realiter, & cum effectu ſoluendo damnum paſſis ęſtimationem damni factam per ęſtimatores, vel taxatam per Statuta, poſſint euitare condemnationes, & Statutorũ pęnas dummodò non ſint condemnati: & ſimiliter nõ poſſint accuſari damna dãtes, ſi fuerint parati ſoluere, & ſoluerint cum effectu ęſtimationem dicti damni illati: q̃ oblatio facta damnum paſſis, ſi eam noluerint acceptare, poſſit, & debeat fieri, & deponi realiter penes officium: & vbi ęſtimatio eſſet de rebus, quæ non poſſent offerri, ſufficiat offerre, aut deponere eius precium, & ſecundum valorem currentem eo tempore, quo offeretur, & deponetur ęſtimatio declaranda p D. Iuſdicenté.

*¶ Quòd omnes, & ſinguli accuſantes tàm Saltuarij, quàm alij, quibus accuſare licet, teneantur ad petitionem cuiuſlibet accuſati iterum iurare in eius pręſentia, quod accuſæ ſint veræ.* Rub. XV.

STatuimus, & decernimus, ꝙ omnes, & ſinguli accuſantes tàm Saltuarij, q̃ alij, quibus accuſare licet sm̃ formã Statutorum noſtrorum, teneãtur, & debeant ad petitioné cuiuſlibet accuſati, iterũ iurare ad Sancta Dei Euangelia



gelia corporaliter tactis ſcripturis in manibus D. Iuſdicẽtis, ꝙ accuſæ ſint veræ, & ꝙ per dolum, vel calumniam non fuerint factæ: Et ſi ita iurauerint, tunc temporis credatur de accuſis, vt ſupra: & ſi iuſſi à D. Iudice ad ſic iurandum, recuſauerint, aut neglexerint, ſiue diſtulerint, tunc eorum accuſæ ꝓnuncientur, & pronunciari debeant calumnioſę: & accuſatus ab eis abſoluatur, & condemnetur accuſans, in ſoldis quadraginta, appl. pro dimidia Cõitati, & pro dimidia alia Duc. Cam. & in expenſis, damnis, & intereſſe accuſato; & poſſit accuſatus quandocunque ante ſententiam petere, & inſtare, qđ accuſans iuret, vt ſupra.

*¶ Quòd Saltuarij non poſſint, nec debeant durante eorum officio, facere aliquod aliud exercitium.* Rub. XVI.

STatuimus, quòd Saltuarij nõ poſſint, durãte eorum officio, facere aliquod aliud exercitium; ſub pœna, pro quolibet eorum, & qualibet vice, ſoldorum decem, applican. dictæ Communitati.

*¶ Qđ de eodemmet damno dato in vna die, non poſſit inſtitui, niſi vna accuſa.* Rub. XVII.

STatuimus, qđ de vno, & eodemmet damno dato in aliquo loco ab aliquo genere beſtiarum, vel ab vna, vel à pluribus perſonis, ſimul in vna die non poſſit inſtitui, niſi vnica accuſa, & ꝙ, quicquid contra formam pręſentis Statuti ſecutum fuerit, ſit nullum ipſo iure; & quilibet contrafaciens condemnetur in ſoldis decem pro qualibet accuſa, Communitati appl. pro dimidia, & pro dimidia alia Duc. Cameræ.

*¶ Quòd Saltuarij non poſſint remittere accuſas accuſatori, nec alicui de eius familia, niſi vt infrà.* Rub. XVIII

DIſponimus etiam, ꝙ Saltuarij non poſſint remittere accuſas contra eos inſtitutas, accuſanti eos, nec eius colono, vel laboratori, nec alicui de eorum familijs, nec aliquem ex prędictis accuſare de damno dato cum perſona, vel cum perſonis, in re propria ipſius damnum paſſi, vel ab eo conducta, vel per eum poſſeſſa: nec in his caſibus dictis Saltuarijs cũ eorum iuramento credatur, niſi ipſi Saltuarij probauerint, ſaltem per vnum teſtem, talem dediſſe prędictum damnum.

*¶ Quòd in omnibus, & ſingulis caſibus damnorum datorum procedatur de ſimilibus ad ſimilia.* Rub. XIX.

ORdinamus, ꝙ in oĩbus, & ſingulis caſibus damnorũ datorũ, & damna data quolibet concernentibus, de quibus non ſit, nec reperiatur eſſe facta ſpetialis, & expreſſa prouiſio per pñtia Statuta, tunc procedatur de ſimilibus ad ſimilia, tã in procedendo, q̃ in terminãdo.

¶ Quando

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*¶ Quando intelligatur damnum datum, & non furtum.* Rub. XX.

DEclaramus, ꝙ ſi aliqua perſona damnum dederit in aliqua re, in campanea, frumento, vel alijs frugibus, ſeu ſalicibus, plantis, vel alijs arborib⁹, vel horto, fęno, ſeu caſamẽtis, clauſuris, vel vineis, & ipſam rem non exportauerit, quanticunq; ſit valoris, intelligatur damnum datum, & non furtum: Si verò ipſam rem exportauerit, & res ipſa ſit valoris ſoldorum quadraginta, vel ab indè infrà, intelligatur damnum datum, & non furtum: abindè verò ſupra, in iuris, & Statutorum diſpoſitione relinquatur.

*¶ Quòd Saltuarij non teneantur cuſtodire terras Eccleſiarum.* Rub. XXI.

STatuimus ẽt, ꝙ Saltuarij nõ teneãtur cuſtodire terras Eccleſiarũ vel clericorum, aut aliarum pſonarum religioſarũ, vel aliarum perſonarum, q̃ non ſint ſubiectę iuriſdictioni D. Iuſdicentis pleno iure, & q̃ non ſubeant onera cum alijs in cõi, poſitas ſub eorum cuſtodia: niſi ipſi clerici, & tales perſonæ perſonaliter comparuerint coram dicto D. Iudice, & promiſerint, & ſatiſdederint, ſe velle attendere, & obſeruare omnia contenta in pręſentibus Statutis loquentibus, & ordinantibus de damnis datis, & fuerint in concordia cum ipſis Saltuarijs.

*¶ Quòd à ſententijs in cauſis damnorum datorum latis, non liceat appellare, nec in eis conſilium ſapientis peti poſſit.* Rub. XXII.

SAncimus, ꝙ à ſñtijs diffinitiuis, vel interlocutorijs, declarationibus, abſolutionibus, condemnationibus, mulctis, & alijs connexis, & dependentibus, quæ per D. Iuſdicentem, ſuper cauſis damnorum datorum fieri, dari, & proferri contigerit, non poſſit principaliter quomodocunque de nullitate dici, vel opponi, nec ab ipſis appellari, nec ſupplicari, nec reſcriptum aliquod impetrari contra ipſas: nec aliquod conſilium ſapientis peti poſſit; & ſi contrafactum fuerit, omnis appellatio, & nullitatis dictio, vel ſupplicatio, aut petitio, contra formam prędictam facta, vel interpoſita, ſit & eſſe intelligatur ipſo iure nulla.

*¶ Quòd verba prolata in genere maſculino, intelligantur prolata in fęminino: & ècontra.* Rub. XXIII.

STatutum eſt, quòd verba prolata in genere maſculino, intelligantur prolata in fœminino, & è contra; & ſimiliter prolata in ſingulari, intelligantur prolata in plurali; in caſibus, in quibus adaptari poſſunt, ſanè intelligendo:



gẽdo: vt ſic ſuũ cõſequatur effectũ, & amputetur oĩs ambiguitas, q̃ in pſentib⁹ Statutis occurrere poſſet: niſi aliter expreſſè ſit facta maris, & fęminæ diſcretio.

*¶ De æſtimatoribus eligendis, & eorum officio.* Rub. XXIIII.

ORdinamus, & ſtatuimus, ꝙ quęcunq; Cõia Poteſtariæ Sextulæ, teneantur, & debeant ſingulo anno, in cal. Ianuarij, & in cal. Iulij eligere ad min⁹ duos viros de ſuo Cõi, bonę opinionis, & famę, maiores annis xxv. in ęſtimatores, & pro ęſtimatoribus damnorum datorum in eorum Cõi; ſub pœna lib. quinq; appl. Cõitati pro dimidia, & pro dimidia Duc. Cam. Qui ęſtimatores teneantur poſt dictã electionem, infra octo dies immediatè ſequentes, ſe pñtare coram D. Iuſdicente, & in manibus dicti D. Iudicis ſacramentum deferentis iurare, & eidem promittere, ꝙ legaliter, diligenter, ſolicitè, bona fide, & ſine fraude, paſſione, vel dolo exercebunt officium ſuum ęſtimatoriæ; quorum ęſtimatorum officium ſit ęſtimandi damna, quæ fient in dicto Cõi, quæ damna non ſint ęſtimata p formam alicuius Statuti, vel de quibus credi non debeat ſacramento accuſatoris; & ꝙ dicti ęſtimatores teneantur videre, & ęſtimare damna ad petitionem damnum paſſi, vel cuius intereſt, in continenti cum requiſiti fuerint; ſub pœna ſoldorum viginti pro quolibet, & qualibet vice: & ſub eadem pęna, inſtante damnum paſſo, vel cuius intereſt, ęſtimationem ſuam penes officium feciſſe, infra octo dies, poſtq̃ damnum viderint, & ęſtimauerint vt ſupra: quæ ęſtimatio in ſcriptis redigatur per Notarium curiæ, & ſm̃ ipſorum ęſtimatorum, & cuiuſlibet eorum ęſtimationes cum ſacramento factas, emendentur damna pdicta; & aliter damnorum datorum emendatio fieri non poſſit, niſi de partium voluntate procederet: vel niſi in caſibus, de quibus per Statutum aliquod aliter ſit prouiſum: vel niſi damnum paſſus, vel accuſans vellet aliter probare: Declarantes inſuper, ꝙ ſi ęſtimatores tali tempore, quo videri non poſſenr damna data, fuerint requiſiti ad videndum, & ęſtimandum ipſa damna data, aut ſi dãna fuerint talis qualitatis, vt videri nõ poſſint, tunc ęſtimatores recipiant, & recipere debeant, & poſſint informationem ab illis, q verisimiliter habuerint eorum notitiam, qui ſuſpecti non ſint partibus, qđ conſcientiæ ęſtimatorum relinquimus, q ſub onere animarum ſuarum referre habeant: & p pdicta nullatenus derogetur, nec modo aliquo pręiudicetur quibuſcunq; ordinibus, priuilegijs, & ſeu Statutis quoruncunque particularium Cõium, tã conceſſis, & ſeu approbatis, quã concedendis, & ſeu approbandis ab Illuſtriſs. Principe noſtro.

*¶ De pęna damnum dantis cum perſona.* Rub. XXV.

STatutum eſt, ꝙ ſi aliqua perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat damnum dederit alicui cum perſona, in horto, in vuis, in alijs fructibus quarumcunque arborum fructiferarum, & domeſticarum, in glandibus, & cerris, &

bladis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

bladis cuiuſcunq; generis, condemnetur in ſoldis quinq; pro qualibet accuſa. Si verò dederit damnum in arboribus incidendo, vel ſcorzando, vel euellendo, vel aliter deuaſtando penitus arborem, condemnetur pro qualibet arbore penitus inciſa, vel ſcorzata, vel euulſa, vel aliter deuaſtata, in ſoldis decem, ſi fuerit fructifera: ſi autem nõ fuerit fructifera, in ſoldis quinque: Et hoc ſi dictæ arbores eſſent valoris, & ſeu ęſtimationis vltra dictas pęnas: Si autem eſſent minoris valoris, condemnetur in dimidia dictarum pęnarum, ſingula ſingulis congruè referrendo; Si verò aliter, & alio modo, vel in alijs rebus damnum datum fuerit, condemnetur in ſoldis tribus, niſi damnum datum fuerit in colligendo folia mororum, quo caſu condemnetur in ſoldis decem: ſaluis manentibus pęnis de quibus in Statuto ſub Rub. De pęna faciẽtis damnum, ſiue guaſtum, aliter quam per incendium, in libro Maleficiorum.

¶ *De pęna damnum dantis cum beſtijs, & quo modo intelligatur brancus beſtiarum.* Rub. XXVI.

SI quis damnum dederit cum beſtijs in bladis cuiuſcunq; generis, in vineis, in caſtaneis, in glandibus, in cerris, vel in alijs fructib⁹ arborum domeſticarum, cõdemnetur pro qualibet beſtia groſſa, citra, vel extra brancum, in ſoldo vno: ꝓ qualibet verò beſtia minuta in denarijs quatuor: Si verò damnum datum fuerit cum brãco beſtiarum groſſarum, condemnetur in ſoldis decem: Si verò cum branco beſtiarum minutarum, in ſoldis quinque:

Declarantes brancum eſſe, & eſſe debere de beſtijs groſſis, cum dictę beſtię erunt ſimul numero viginti: De minutis autem, numero quadraginta ſimul: Si verò damnum fuerit datum cum dictis beſtijs, in herbis, in frondibus, in fęno, vel in alijs rebus, condemnetur in dimidia dictarum pęnarum, ſingula ſingulis aptè referrendo.

¶ *De pęna euntis equeſter per terram alterius, ſeu conducentis beſtias cum vehiculo, vel aratro.* Rub. XXVII.

SI quis equeſter iuerit per terram alterius, ſi ipſa terra ſit ſeminata, ſoluat ꝓ banno ſoldos quinque: Si verò nõ ſeminata, ſed ligonizata, aut arata, ſoluat pro banno ſoldos duos: Si verò eſſet pratũ in quo eſſet herba ſecanda, condemnetur in ſoldis duobus: Si verò quis conduxerit beſtias cum vehiculo, vel aratro ꝑ terram ſeminatam, condemnetur in ſoldis quinque: Si verò non ſit ſeminata, ſed zappata, aut arata, condemnetur in ſoldis duobus: Si verò fuerit pratum cum herba ſecanda, in ſoldis quatuor: Si verò herba non erit ſecanda, in ſoldis duobus.

¶ De pęna



¶ *De pęna deuaſtantis ſepes, vel ſerralia.* Rub. XXVIII.

SI quis deſtruxerit, vel deuaſtauerit, vel aperuerit ſepes, vel ſerralia, ſiue clauſuras, aut cęduas, vel ſpinetum alterius, & aliud damnum non dederit, condemnetur in ſoldis quinque, & ad reficiendum dictam ſepem, prout erat; ſi verò dictam ſepem in totum, vel in partem aſportauerit, condemnetur in ſoldis decem.

¶ *De duplicatione pęnarum, & earum applicatione, ac de emendatione damnorum, & quòd minor decem annis ad pęnam non teneatur.* Rub. XXIX.

STatuimus inſuper, ꝙ pęnæ damnorum datorum duplicentur in quolibet caſu, ſi ipſa damna facta fuerint de nocte: Item declaramus, ꝙ damnum dantes, vltra pęnas, teneantur in quolibet caſu, ad emendationem damni damnum paſſo: Volumus etiã quòd minor decem annis damnum dans, teneatur tantum ad emendationem damni damnum paſſo, & non ad pęnam: Diſponentes, quòd pęnæ pro damnis datis, pro dimidia fiſco applicentur, & pro alia dimidia Communitati, niſi aliter reperiatur diſpoſitum per pręſentia Statuta.

¶ *De pęna iurantis pro damno aliquo vltra quam æſtimaretur.* Rub. XXX.

QVia ſupra prouidetur, ꝙ damnum paſſo cum iuramento credatur vſq; ad quantitatem ſoldorum quinq; ꝓ damno; Ideo ſtatuimus, quòd ſi accuſatus vellet allegare nullum damnum eſſe, vel de minori quantitate, & inſtiterit, coram D. Iuſdicente, ipſum damnum ſic iuratum, ęſtimari debere per ęſtimatores deputatos, hoc fieri debeat, & Iudex faciat ipſum damnum ęſtimari, expenſis accuſati, cui ęſtimationi ſtari debeat; & ſi per eos relatum fuerit, vel aliter ꝓbatum, nullum eſſe damnum, vel minus q̃ fuit iuratum per damnum paſſum in accuſa, ob id, accuſans nõ intelligatur periurus, ſed, ob eius temeritatem, nihil poſſit amplius conſequi ab accuſato, emendatione ipſius damni: & in oĩbus expenſis factis ob ipſam cauſam condemnetur, & vlterius, vt calumnioſus, in quadraginta ſoldis, vt ſupra appl.

¶ *Quòd tempore vuarum vncini appendantur ad collum canum, & de pęna habentis canem ſine vncino dicto tempore.* Rub. XXXI.

STatuimus etiam, quòd tẽpore vuarum in vineis, & vſquequo vindemiæ factæ fuerint in terris, in quibus ſint vineæ, Domini, & patroni hñtes aliquos canes, teneantur appendere, & appenſum tenere vnum vncinum ad collum cuiuſlibet canis, vt non poſſit intrare

vineas

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

vineas ad damnificandum; ſub pœna cuilibet patrono; & hñti canes, ſoldorum quinque pro qualibet vice, qua inuentus fuerit canis aliquis non habere tempore prędicto vncinum appenſum ad collum.

¶ *Quòd emendationes damnorum datorum exigi poſſint infra annum, & non vltra. Rub. XXXII.*

STatutum eſt, ꝙ ſi habere debens emendationes aliquas damnorum datorum, ꝑ annum proximè futurum à die inſtitutæ accuſæ, vel eius remiſſionis factæ ꝑ Saltuarium, tacuerit petere ipſas emendationes in iudicio, ab eius debitore, ꝓ dictis emendationibus, tranſacto dicto anno, amplius nõ audiatur in iure petere volendo, ſed vigore pñtis Statuti intelligatur ei ſatisfactũ fuiſſe de ipſis emendationibus, & eius iuri ſit pręſcriptum.

¶ *De pignorando forenſes, ſi inuenti fuerint damnum dare. Rub. XXXIII.*

ITem ſancimus, ꝙ ſi contigerit aliquem forenſem dare damnum cũ beſtijs, aut perſonaliter alicui Cõi, aut ſingulari perſonæ, in aliquibus locis quoquomodo; Saltuarius illius Cõis poſſit, ſeu alia ſingularis perſona dicti Cõis, vel quilibet, cuiꝰ interſit, pignorare ipſum forenſem, & recipere, ac retinere ipſius beſtias, & bona, & non reddere, niſi fuerit concors cum hominibus illius Cõis, aut cum eo, cui damnum dederit: & ſi non erit in concordia ille talis forēſis cum Cõi ꝓ damno dato, aut cum eo, cui damnum datum fuerit, teneatur, & debeat, ille, qui pignorauerit, pñtare, ſeu denunciare D. Iuſdicenti infra tres dies tunc proximè futuros, tales beſtias retentas, ac bona accepta; ſub pœna librarum quinque, & ſatisfaciendi de ſuo proprio, Iudici, de eo, quod ſibi occaſione prędicta obueniret pro eius mercede: Addentes etiam, ꝙ quamuis ille talis forenſis, qui damnum dediſſet, eſſet in cõcordia pro damno prędicto cum Cõi, aut particulari perſona, ꝙ nihilominus non debeant eidem reſtitui tales beſtiæ, aut eius bona, niſi primo ſatisfactũ fuerit D. Iuſdicenti de eo, quod ſibi obueniret occaſione talis pignorationis, & retentionis; alias ille talis, ꝗ, non facta prius dicta ſatisfactione eidem D. Iuſdicēti, reſtituerit tales beſtias, & bona, teneatur de ſuo ſatisfacere: & poſſit D. Iuſdicens ꝑcipere ꝓ qualibet beſtia groſſa talis forenſis accepta, & ſeu ſibi pñtata ſoldos duos, & vnũ ſoldum ꝓ quolibet porco; & ꝓ qualibet beſtia minuta denarios ſex: & hoc habeat locũ ſolũ in forēſibus, nõ habitãtibus in dicta Põtaria.

¶ *De mercedibus Notariorum de Poteſtaria Sextulæ pro inſtrumentis. Rub. XXXIIII.*

COnſulto taxamus hac nr̃a lege Notarijs de Poteſtaria Sextulæ mercedes pro inſtrumentis per eos rogatis, vt infra, habito reſpectu non ſolùm ad ꝗ̃titatem, de qua in inſtrumēto ſed etiam ad laborem Notarij: mandãtes ipſis,



tes ipſis, quatenùs ſub pęna dupli applicanda grauato, nil vltra nomine mercedis à debitoribus ſuis occaſione prędicta recipere debeant.

In primis pro inſtr̃nto venditionis, etiã cum conſtituto; vel pacto precarij: cum promiſſione de ſoluendo pretium venditori: cum clauſula promiſſionis de non inferrendo litem: cum promiſſione de legitima defenſione: cum clauſula pęnali refectionis damnorum, obligationis bonorum, & renuncijs, factę vni emptori, vel pluribus ſimul, de vna re, vel pluribus, ſi pretium earum non exceſſerit quantitatem lib. vigintiquinque, habeat Notarius ſoldos quindecim.

¶ A libris verò xxv. vſq; ad quinquaginta, ſoldos decem, & octo.

¶ A libris verò 50. vſq; ad centum, ſoldos viginti.

¶ A libris verò centum vſq; ad quingentas lib. habeat Notarius ſoldos ſexdecim ꝓ quolibet centenario librarũ, ſalua remanēte taxa in primo cētenario.

¶ A libris verò quingentis ſupra, quantacunq; ſit quantitas pretij rei venditæ, habeat Notarius ſoldos quatuordecim pro quolibet centenario, remanente tamen firma ſupradicta proxima taxatione.

¶ Si verò pretium ſolueretur, tunc in eodem inſtr̃nto creditoribus venditoris, qui iura ſua cederent emptori in optima forma, volumus, & taxamus, ꝙ ſi pretium ſolutum creditori erit à lib. centum infra, Notarius habeat, vltra taxã ſupradictã ſoldos decem pro tali ceſſione: Si autem eſſet à lib. centum ſupra, & ſolutum fuerit vnico creditori, habeat ꝓ quolibet alio centenario, & ad rationem centenarij, ſoldos quinque: Si verò ſolutum fuerit pluribus creditoribus iura cedentibus, habeat ſoldos quinq; reſpectu cuiuſlibet cedentis, pro quolibet alio centenario, & ad rationem cētenarij talis ceſſionis: Et ſi emptor p̃tium illud, vel partem eius ſoluere ꝓmitteret creditoribꝰ venditoris hñtibꝰ potiora iura & meliora, vt iura ſua cederēt, vel penes tertiũ deponeret, vt ſic ſolueretur, vel inueſtiretur in rebꝰ immobilibꝰ ad defensã rei venditæ, & ſimiliter emptor ꝓ ſatisfactione p̃tij rei venditæ, aſſignaret venditori noĩna debitorum, & eum in rem ſuam ꝓcuratorem conſtitueret ad exigendũ, vel cederet ipſi venditori iura ſua contra ipſos debitores, tunc hēat Not. vltra taxã, de qua ſup. ſold. 10.

¶ Pro inſtrumento verò venditionis factæ per aliquos Commiſſarios alicuius teſtamenti, habentes poteſtatem à defuncto, vendendi bona ſua, cauſa exequendi legata, ſiue alia de cauſa: Similiter per Syndicum pauperum Chriſti, quando ipſi pauperes ſunt inſtituti hęredes, quo caſu opus eſt narrare teſtamẽtum, & cauſam alienationis: vel per Syndicum, in defectum, & negligentiam aliquorum Commiſſariorum defuncti, qui infra tempus à iure limitatum, nõ ſunt executi legata, vel mortui eſſent, tunc habeat Notarius, in quolibet dictorum caſuum, vltra taxam venditionis ſupraſcriptam, ſoldos quindecim.

¶ Pro inſtr̃nto venditionis factæ ꝑ plures creditores alicuiꝰ defuncti, hẽntes ius in bonis, & hr̃ditate eius, de aliqua re: ad cuiꝰ defenſionem ꝗlibet creditor, ꝓ rata p̃tij ꝑ eũm recepti ſe obliget, habeat Not. vltra taxã venditionis, ſold. 10.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Item pro inſtrumento approbationis,& ratificationis factæ,per aliquem, cuius nomine geſtum,& actum eſſet de aliquo inſtrumento & contractu,ſiue dotis, ſiue venditionis, aut cuiuſuis generis, habeat Notarius dimidiam eius, qđ taxatum fuerit ꝓ inſtrumento approbato, & ratificato, vbi inſtrumentum ratificatum in ea ratificatione non regiſtretur:Si verò regiſtretur,tunc habeat vltra dictam taxam,pro menſura ſcripturæ taxandæ per D. Iudicem:dummodo Notarius non habeat,minus ſoldis decem, pro tali ratificatione.

¶ Item pro inſtrumento mulorum,ſiue aliarum beſtiarum,aut rerum mobilium,ſeu fructuum alicuius poſſeſſionis:Si pretium non exceſſerit libras centum,habeat Notarius ſoldos viginti:& ab inde ſupra,habeat pro quolibet alio centenario, & ad rationem centenarij, ſoldos quinque.

¶ Itē ꝓ inſtr̃nto vēditionis actus,& itineris,& vię,ſiue ſeruitutis conſtitutę, factæ alicui,ſeu conuentionis factę inter aliquos,ꝙ poſſit ire,& redire ꝑ fundū ſuū ad fundū emptoris,& ſimil̃r ꝓ vēditione,& ceſſione iuris lignorū immittendorū in parietē, ſeu murū, hēat Not.in quolibet dictorū caſuum; ſold. 15.

Si verò venditor in inſtr̃nto aliquo venditionis promiſerit emptori,ſe curaturum cū effectu, ꝙ eiꝰ vxor,vel filius, aut alius habens,vel prętendēs iuꝰ hēre in re vēdita,ſiue ex cauſa dotis, vel ſucceſſionis; aut quouis alio modo conſentiet venditioni, & ꝙ renunciabit omni ſuo iuri ſibi competenti in re vendita, hēat tunc Notarius ꝓ tali promiſſione, vltra taxam venditionis,ſoldos decem: Et ſi vxor venditoris,vel filiꝰ, aut frater eius, ſiue quilibet alius habens ius in re vendita ex aliqua obligatione, vel hypotheca, aut ſucceſſione, aut quouis alio modo,pn̄s fuerit venditioni, & conſenſerit, etiam ſi plures ſint conſentientes, & renunciabit iuri ſuo ſibi quomodolibet competenti in re vendita, in opportuna forma,habeat Notarius pro huiuſmodi conſenſu,vel renuncia, vltra taxā venditionis,ſoldos decem. Si verò venditor fideiuſſorem pręſtiterit emptori, qui ſe obliget in ſolidum cum venditore,& de legitima defenſione promittat, habeat Notarius de tali obligatione,& promiſſione,ſoldos decem.

¶ Pro inſtrumento autem ꝑmutationis factæ inter aliquos, habere debeat Notarius à quolibet contrahentium mercedem, habito reſpectu ad valorem rei, ex contractu,ꝑ eum acquiſitæ;& prout habetur ad p̃tium in re vendita; & vltra id, etiam habeat à quolibet prędictorum contrahentium, ſoldos decem.

¶ Item pro inſtr̃nto donationis factæ inter viuos,ſi res donata valuerit à lib. quinquaginta infra, habeat Notarius ſoldos quindecim.

Et à libris quinquaginta,vſque ad centum,ſoldos viginti.

Et à libris centum vſque ad ducentas,ſoldos quadraginta.

Et ab inde ſupra, quantacunq; fuerit quantitas valoris rerum donatarum, habeat Notarius ad rationem centenarij, & pro quolibet centenario, ſoldos quatuordecim, firma tamen remanente dicta prima taxa.

¶ Item ꝓ quolibet inſtr̃nto alicuiꝰ tenutæ acceptæ ꝑ emptorem, vel acq̃ſitorem

torem



torē de re acq̃ſita: vel ꝑ creditorē, de bonis debitoris ſui,vel alicuiꝰ ſibi obligati,hēat Notaris, ſz. ꝓ tali inſtr̃nto releuato in authentica forma, & pro itinere, ſoldos triginta:Si acciderit Notario ꝓ danda dicta tenuta,habere iter infra duo milliaria; à duobꝰ verò milliaribus vltra, q̃tęcunq; diſtātiæ ſit, hēat ſold. 40.

¶ Item ꝓ inſtr̃nto alicuius tenutæ acceptæ de aliqua Eccleſia, Beneficio,vel Plebe, hēat Notariꝰ ꝓ ipſo inſtr̃nto releuato in authenticā formā, ſcutū vnū: & hōc ſi cōtigerit Notarium non hēre iter vltra vnum milliare,dicta de cauſa: vbi verò arripiatur iter vltra vnum milliare, pro dāda dicta tenuta,hēat lib. 5.

¶ Et quia ſępe contingit,ꝙ in contractibus,& inſtr̃ntis venditionum,& permutationum antedictarum,& in alijs etiam contractibus, & inſtr̃ntis neceſſe eſt,vt deſcribantur quāplures petiæ terrarum, & alię res immobiles cum labore Notarij non mediocri; Ideo volumus, & taxamus, ꝙ ſi in aliquo contractu, vel inſtr̃nto fuerint deſcriptæ q̃plures petiæ terrarum, & res immobiles, excedentes quinq; numero, ꝙ à quinq; ſupra, Notariꝰ hēat, vltra taxā ordinariam inſtr̃nti ꝓ qualibet alia petia terræ,vel re immobili deſcripta ī inſtr̃nto ſold. 2.

¶ Et q̃a ſæpe contrahentes adinuicem multis modis paciſcuntur, & faciunt pacta nō cōſueta,& q̄ nō ſunt de natura,& forma ipſius cōtractus; Ideo taxamꝰ ꝙ Notariꝰ hēat pro quolibet ſimili pacto, ſoldos quinq;, vltra taxā ordinariā.

¶ Expedit etiam ſępenumero,pro intelligentia negotiorum,in pręambulis contractuum multa narrari;Ideo pro talibus narrationibus, appoſitis in dictis inſtrumentis habeat Notarius vltra primam taxam,ſoldos tres.

¶ Quia qn̄q; partes ꝓ earum commoditate, & meliori intelligētia negotiorum, volunt plures, & diuerſos contractus apponi in vno & eodē inſtr̃nto veluti lugaticam, ſocidam, creditum; locationem, & ſimilia; Declaramus ꝙ eo caſu Notarius hēat ſuum integrum ſalarium de quolibet dictorū contractuū.

¶ Et ſi acciderit releuari in publicam formā inſtr̃ntum alias releuatum, tūc Notarius tantummodo habeat,pro ſecunda releuatione,vel vlteriori,in publicam formam,duos tertios eius, quod ſupra,vel infra taxatum eſt.

¶ Pro inſtr̃nto autem dotis,& augumenti dotis conſtitutæ in pecunia tātū, vel in rebus mobilibus,aut īmobilibus habitę, vel confeſſatæ; Notarius hēat ſi fuerit dicta pecunia,vel valor rei de lib. centum,& ab inde infra,ſoldos viginti.

¶ A libris centum,vſq; ad quingentas,habeat Notarius vltra dictam taxam primi centenarij, ſoldos quatuordecim pro quolibet centenario.

¶ A libris autem quingentis ſupra, quantacunque fuerit quantitas,habeat Notarius ſoldos duodecim, pro quolibet centenario, & ad rationem centenarij,vltra dictam taxam dictorum primorum centenariorum.

¶ Si verò data, & conſignata fuerit aliqua res immobilis ęſtimata, vel non ęſtimata mulieri,vel marito,aut alij recipienti pro dote, loco pignoris, vel hypothecæ; cum pacto, quòd quandocunq; conſtituens dotem, vel debitor dabit ſibi certam quantitatem denariorum, dictam rem reſtituet; vel aliud pa-

P 2 ctum,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ctum, tunc habeat Notarius, vltra dictam taxam, ſoldos decem.

¶ Item, pro inſtr̃nto ſponſaliorum contracto per verba de pręſenti, cum annuli deſponſatione, vel ſine, habeat Notarius ſoldos triginta.

¶ Item, pro inſtr̃nto promiſſionis, de futuro matrimonio contrahendo, celebrato in faciem Eccleſiæ, vel alio loco, ad pręſentiam quamplurium perſonarum, habeat Notarius ſoldos quadraginta.

¶ Et q̱a qñq; dubitari ſolet ꝑ quem, & ſeu quos, Notarius de inſtr̃ntis dotiũ ſatisfieri debeat: Declaramus, ꝙ qñ inſtr̃ntum dotis tm̃modo continet ꝓmiſſionem dotis dandæ marito, ſolus Maritus ſoluat, & ſoluere teneatur mercedẽ.

¶ Quando verò inſtr̃ntum contineat dationem dotis conſtitutæ in re immobili, quoniam hoc tendit, tàm ad vtilitatem dantis, quàm recipientis, Notarius habeat ab vtroque mercedem integram inſtr̃nti.

¶ Si verò inſtrumentum, cõtineat dationẽ dotis in pecunia numerata, vel in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, Notarius hẽat mercedẽ ſuã à dante ſolũ.

¶ Quo verò ad promiſſionem reſtituendæ dotis, habeat Notarius mercedem ab eo, cui reſtituenda erit.

¶ Addentes, ꝙ marit⁹ ꝓ vxore teneatur, ſi reſtitutio dotis vxori fieri debeat.

¶ Item pro quolibet inſtrumento ſimplicis locationis, ſeu affictus alicuius rei, vnius, ſeu plurium ad ꝗcunq; tẽpus conceſſarum, taxamus hoc modo, vz.

Quia cumulatis q̃titatibus ſolutionis, totius tẽporis affictus, ſeu locationis, volumus Notarium habere vſq; ad lib. centum, & ab inde infra ſoldos viginti.

¶ A libris verò centum ſupra quantacunq; fuerit quantitas, hẽat Notarius pro quolibet centenario ſoldos quatuordecim: remanente firma prima taxa.

Et ſi fuerit facta ad certum tempus, & deinde ad beneplacitum duret, ſi durauerit vltra tempus expreſſum, tunc Notarius percipere poſſit vltra taxam ſupradictam ſoldos decem tantum, vltra primam taxam.

¶ Et ſi contigerit in huiuſmodi locationibus, per partes apponi plura pacta, vt ſępe fit pro cautione partium, tunc habeat Notarius, vltra taxam ſupraſcriptam, pro quolibet pacto, ſoldos tres.

¶ Item ꝓ inſtr̃nto locationis oparũ ad certũ tempus, hẽat Notarius ſold. 15.

Si verò in perpetuum, ſcutum vnum.

¶ Item ꝓ inſtr̃nto locationis alicui⁹ poſſeſſionis, ſiue loci laboterij vni⁹ paris bouũ ad laborãdũ, cũ pactis, & cõuẽtionib⁹, ſm̃ ꝙ cõiter fit, hẽat Not. ſold. 40.

¶ Item pro inſtr̃nto iugaticæ bouũ, aut aliũ aĩaliũ: & ſimiliter pro inſtr̃nto ſocidæ aliquarum beſtiarum, habeat Notarius ſoldos quindecim: niſi ſocida, aut capitale excederet ſummam librarum centum: quo caſu habeat Notarius à libris centum ſupra pro quolibet alio centenario de capitali ſocidæ, vel iugaticæ, & ad rationem centenarij, ſold. 10.

¶ Item, pro inſtr̃nto debiti, aut depoſiti, ſeu mutui, vel conſeruationis indemnitatis vſq; ad quantitatem librarum quinquaginta, & ab inde infra, habeat



beat Notarius pro ſua mercede, ſold. 15.

A quinquaginta libris, vſque ad centum, ſold. 20.

Abinde verò ſupra, q̃tacunque fuerit quantitas, habeat Notarius pro quolibet centenario, ſoldos quatuordecim, remanente tamen firma prima taxa.

Et ſi in huiuſmodi inſtr̃ntis partes vellent pacta, vltra ſtilum, & naturam cõtractus, habeat Notarius pro quolibet pacto, vltra taxam prędictam, ſold. 3.

¶ Pro inſtr̃nto mercationis in forma conſueta, & cõi, vbi pecuniæ q̃titas datæ ad mercandum, non exceſſerit lib. quinquaginta, habeat Notarius ſold. 15.

Et abinde ſupra, vſque ab libras centum, ſold. 20.

A centum, ſupra quantacunque fuerit quantitas, vltra primam taxam, pro quolibet centenario, ſold. 10.

¶ Pro inſtr̃nto ſaldi rationis factæ inter aliquos, ſatisfiat Notario prout ſupra taxatum eſt de debitis: & vltra dictam taxam, pro narratione rationis factę, ſi facta fuerit in inſtrumento, ſold. 5.

¶ Pro inſtr̃nto delegationis debitoris factæ in opportuna forma: ſi debitum delegatum non exceſſerit libras centum, habeat Notarius ſold. 20.

Si verò exceſſerit, ab inde ſupra hẽat, vt ĩ inſtr̃to de debitis, ſupra taxatũ eſt.

¶ Et q̱a qñque cõtingit in ſupradictis inſtr̃tis, & alijs dari ꝓmiſſores, & fideiuſſores, vnum, vel plures, qui ſe obligant, & promittunt ꝓ debitoribus, vel altero contrahentium, habeat Notarius ꝓ huiuſmodi obligatione, & ꝓmiſſione facta in p̃dictis inſtr̃ntis, vel alijs q̱buſcũq; cõtractibus, vltra taxã inſtr̃ti, ſold. 8.

¶ Pro inſtr̃nto ceſſionis factæ alicui titulo donationis, de aliqua re, habeat Notarius ꝓ ſua mercede, prout ſupra taxatũ eſt, de donationibus inter viuos.

¶ Item pro alijs quibuſcunq; ceſſionibus factis ꝑ aliquẽ, maximè per creditorẽ alicui ſuo debitori ſoluenti, cõtra alios correos, cũ abſolutione & cõfeſſione: vel de aliquo iure ſibi competenti, in aliqua re, vſq; ad q̃titatem librarũ centũ, hẽat Notari⁹ ſoldos viginti: & abinde ſupra, ꝓut ſupra taxatũ eſt de debitis.

¶ Item pro inſtr̃nto tranſactionis, renunciationis, aut refutationis, & pacti de non petendo, ſuper aliqua lite, vel de aliqua re, aut de iure alicuius habentis ius ipſum in aliqua hęreditate, & maximè per mulieres quando maritantur: pro aliquo pretio, ſeu quantitate denariorum, quæ ſi non exceſſerit libras centum, & abinde infra, habeat Notarius ſold. 20.

Si verò exceſſerit, & abinde ſupra, vltra primam taxam, habeat Notarius pro quolibet centenario, ſold. 14.

¶ Item ꝓ inſtr̃nto ſimplicis finis, & ſeu confeſſionis, & abſolutionis factę ꝑ aliquẽ alicui ſuo debitori, vel ſibi ex aliqua cauſa obligato, vni, vel pluribus: ſi fuerit vſq; ad lib. quinquaginta, & ab inde infra, habeat Notarius ſold. 15.

A libris verò quinquaginta, vſq; ad centum, habeat ſold. 20.

Et ab inde ſupra, quantacunque fuerit quantitas, ſoldos quatuordecim, pro quolibet centenario, vltra primam taxam.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І.МЕЧНИКОВА

Et ſi fuerit generalis finis,& abſolutio:hoc taxetur ꝑ D. Iuſdicenté, ſumpta quali informatione,de cõtentis in huiuſmodi inſtr̃ntis,& ſm̃ eius conſcientiá.

¶ Item pro inſtr̃nto creationis , & ſeu priuilegij tabellionis, facto ab aliquo Comite,vel ab alio hñte authoritatem creandi Tabelliones,habeat Notarius, ſine inſertione priuilegij , ſold. 35.

Si autem cum inſertione priuilegij, ſold. 50.

¶ Item pro inſtr̃nto compromiſſi facti inter aliquos , ſuper aliqua lite, vel cauſa pendente,vel futura,habeat Notarius ſold. 20.

¶ Item pro quolibet inſtr̃nto prorogationis cuiuſlibet compromiſſi , habeat Notarius dimidiam eius,quod ſupra taxatum eſt de compromiſſo.

¶ Item pro inſtr̃nto diuiſionis bonorum factæ inter fratres, vel alios conſortes conſanguineos, ſiue ipſa diuiſio facta fuerit à partibus , ſiue ab arbitris, vel aliter,habeat Notarius à qualibet parte,vt infra,vz.

Primò,ſi pretium cuiuſlibet partis rerum diuiſarum non exceſſerit quantitatem librarum vigintiquinque,& ab inde infra,habeat Notarius ſold. 15.

A libris verò xxv. vſq; ad quinquaginta ſold. 20.

A libris verò 50. vſq; ad centum , habeat Notarius ſold. 35.

Ab inde verò ſupra, q̃tacũq; fuerit sũma valoris dictarũ rerũ diuiſarũ, hẽat Notari⁹ ſoldos decem ꝓ quolibet centenario , remanente tñ firma prima taxa.

¶ Si verò diuiſio facta fuerit inter aliquos habentes bona communia, vel ſocios diuidentes aliquã ſocietatem,habeat Notarius pro quantitate pretij bonorum diuiſorum,ſecundum taxam venditionis rei immobilis,de qua ſupra.

¶ Pro inſtr̃nto conſignationis bonorum factæ per patrem filio, & ſeu per auum nepoti de bonis ſibi tangentibus ex bonis ſuis , tàm pro legitima ſua , q̃ aliter qũolibet , hẽat Notarius ꝓ quantitate p̃tij bonorũ conſignatorũ ſm̃ taxã ꝓximè dictam,loquenté de diuiſione bonorũ inter conſortes conſanguineos.

¶ Item pro quolibet inſtr̃nto ſocietatis,vel fraternitatis factę per aliquos in ſimul bona cõicantes, & q̃ etiam in futurum acquirentur : Si cõicata inuicem non exceſſerint quantitatem librarum centũ , à qualibet parte hẽat Notarius ſoldos decem , pro quolibet centenario ęſtimationis oĩum bonorũ cõicatorũ.

¶ Item ꝓ inſtr̃nto ſocietatis contractæ in aliqua arte,& ſtatione,vel apotheca,habeat Notarius ſecundum valorem,& laborem contentorum in dictis inſtr̃ntis,& pluralitatem factorum,& rerum,prout taxabitur per D. Iudicem,niſi aliter fuerit conuentum per contrahentes cum Notario.

¶ Ité ꝓ inſtr̃nto inuentarij tutoris,vel curatoris,hẽat Notarius ſoldos vigintiq̃nq; , ſi valor rerũ deſcriptarũ in inuẽtario,nõ excedat ſummã librarũ centũ.

Si verò exceſſerit,pro quolibet centenario, ſold. 10.

¶ Item pro inſtr̃nto aditionis,ſeu immixtionis hęreditatis, ſold. 20.

¶ Pro inſtr̃nto repudiationis hęreditatis,habeat Notarius ſold. 20.

¶ Item pro inſtr̃nto inuentarij facto ad inſtantiam alicuius volentis acce-

ptare



